JOANNIS WEISZ,
LEUTSCHOVIA-HUNGARI.
MED. DR.

CONTINUATIO PRIMA TENTAMINIS PYRETOLOGIÆ PRACTICÆ,

SISTENS

FEBRES CARDINALES PRIMAS, INFLAMMATORIAS.



VIENNÆ,
APUD RUDOLPHUM GRÆFFER,
MDCCLXXXIII.

EXCELLENTISSIMO
AC
ILLUSTRISSIMO DOMINO
C A R O L O
è COMITIBUS
PALFY AB ERDÖD,
Perpetuo in Vereskö, Arcis & Dominiorum Marhek, Dévén, Detrekö, & Batorkeſzy;
HÆREDITARIO DOMINO
Inclytorum Comitatuum, Poſonienſis quidem
P E R P E T U O,
Zemplinienſis vero
SUPREMO COMITI;
Arcis regiæ Poſonienſis
HÆREDITARIO CAPITANEO;
Sacratiſſimæ C. R. A. Majeſtatis
C A M E R A R I O
& Actuali intimo
STATUS CONSILIARIO;

nec non

per Inclytum Regnum Hungariæ

PRO-CANCELLARIO AULICO

HUNGARICO;

CUJUS

PRÆDECESSORES

ob intemeratam erga Principem fidelitatem, Amorem erga Patriam,

per

Sæculorum decurſum

Sago, toga inclaruerant, ſplendebant;

qui IPSE

AUGUSTISSIMO

Charus

Nativi ſoli Concivibus

Amantiſſimus es,

quod

Tui Inclyti Comitatus Zempliniensis

me Physicum dignum judicaveris

declaraveris,

atque ut

Pagellæ hæ Medicarum lucubrationum, in patria praxi collectarum, morbum Hungarorum populo, ob cœlum de die, maxime æstate, æstuosum, de nocte semper rigidum, at hyeme præprimis inter montes rigidissimum, corpusque ipsorum robustum, atque vini præstantissimi consuetum, vulgatum usum, sub variis ejus faciebus

& medelis designantes,

eo auspicatius

in lucem prodire valeant

TUI

Insignis & perspicui Nominis honoribus

atque

TUÆ Clientelæ æviternæ

hanc opellam

&

Se totum

D. D. D.

AUCTOR.

PRÆFATIO.

Ante biennium & ultra *Tentamen inaugurale*, *tabellare*, limitibus academicis & Tyronis Medici circumſcriptum, PYRETOLOGIÆ PRACTICÆ edidi; juxta ideas ad ægrotorum lectos noſocomii practici & S. S. Trinitatis Vindob. conceptas; ſub manuductione fideli *Viri è Medicis noſtri ſæculi primariis*, *perſpicacis*, *diligentis*, *dextri Obſervatoris*, *felicis*, *celebris Practici*, *Amici*, *immo Patris diſcipulorum Suorum*, *Magni*, *Inmortalis*, *Profeſſoris* STOLLII.

Non ſine omni eruditorum adplauſu laborem hunc exiguum a me ſuſceptum fuiſſe, grata mente, cum voluptate percepi. Exemplaria omnia diſtracta jam denuo exquiruntur.

In Patria Praxi Scepuſienſi Hungariæ ampla, non infelici hucdum verſatus; ubi ventus carpathicus rigidiſſimus regionem, montibus undique cinctam perflat; ubi vina generoſa Tokavienſia ab ditioribus, & cremata ab agreſtibus promiſcue, copioſe a plurimis hauriuntur; ubi incolarum plurimorum corpus robur ferme ſcythicum præſefert; morbique Inflammatorii vel ideo copioſi occurrunt; occaſionem optatam obſervandi denuo habui. Privata quædam

dam

dam negotia me hoc anno Viennam duxere. Horis ab his vacuis erui, consignavi quædam e pugillaribus, diariis meis practicis, & *Magno* Stollio tradidi. Placuere hæc *Docto*, *optimo Viro*. En *Lector benevole* originem præsentis Libelli.

Ex parte itaque promissis stare adlaboro, Tibi in præfatione *Pyretologiæ* factis, me opusculum dum & quantum potuero, perfecturum. Historias morborum, quanquam non omnes momentosas, enarrandas censui, quantum licuit, contractas, breves; ut divisionem Inflammationum novam, eo certius ex his eruere, & Tibi qua genuine practicam sistere valeam.

 Vale,

Vale, meque ama, & ſi Cenſor es, mite, humane, cenſeas; quia, ſi meliora docebis, in me promtiſſimum, nullatenus obtrectantem, aut ingratum reperies ſectatorem, diſcipulum Tuum.



CON-

CONSPECTUS
CONTENTORUM.

CAPUT PRIMUM pertractat *Inflammationes plenitudinum*, seu *abundantiæ humorum*, sanorum & pravorum, universales & locales, formatas, & formari incipientes, seu prædispositiones phlogisticas; dein alios quoque plenitudinum morbos cum prioribus inseparabili nexu junctos, sed hos tantum quasi transeundo. Capitis hujus

§. I. Breviter exempla morborum *plenitudinis cruoris*, seu *plethoræ veræ*, & *plenitudinis cachexiæ pituitosæ*, *leucophlegmaticæ*, *chloroticæ*, *inflammatoriæ* tamen, corollaria insimul, (quartum ex his *Ephemeram peculiarem infantum lactantium*,) commemorat.

§. II. Morbos *Plethoræ* à theoretica Medicorum schola adpellatæ *spuriæ*; seu *effectus* in nostrum corpus *aërum*, *fixi*,

fixi, *phlogiſtici*, ſeu *incenſibilis*, *acidi mercurialis*; *opii*, reliquorum *narcoticorum*; *vini*, aliorum *ſpirituoſorum*; *inſolationis*; *nimii motus*, *balneorum fervidorum* &c. &c. exponit.

§. III. Caſus ſeu hiſtorias *inflammationum lactearum*, *internarum* præprimis, & cum his juncta alia, prolixius deſcribit, atque theoriam harum adjungit.

Caput Secundum, *Inflammationes acrimonioſas* continet, hujusque

§. I. *Theoriam* harum,

§. II. *Inflammationes defluxivas*, una & ſigna ſpeciatim earum tradit, & corollaria.

§. III. *Inflammationes phthyſicas* narrat, argumentaque adducit, phthyſim ad inflammationes pertinere. Specialiter quædam de *phthyſi* quadam *humorali*,

rali, methodo Anglorum curanda, & *phthyſi organica.*

§. IV. *Inflammationes ſiphyliticas* commemorat.

§. V. *Inflammationes* & *Phthyſes mercuriales*; quædam de methodo antihydrophobica Gallorum.

§. VI. *Inflammationem cancroſam.*

§. VII. *Inflammationem ſcorbuticam.*

§. VIII. *Inflammationem urinoſam.*

§. IX. *Inflammationem varioloſam*, *morbilloſam* attingunt.

§. X. *Inflammationes dyſentericas.*

§. XI. *Inflammationes bilioſas*, *putridas*, *peſtilentiales*, *exanthematicas*, cum theoria, & corollariis practicis, recenſet.

CA-

Caput Tertium consignat *Inflammationes stimulorum mechanicorum.*

§. I. *Inflammationes dentientium.*

§. II. *Inflammationes traumaticas, vulnerarias*, specialiter quid de *febre vulneraria*, huc & *colicæ herniosæ, venena acria pertinent.*

Caput Quartum enarrat *Inflammationes latentes.*

Caput Quintum, *Periodicas, Chronicas, Epidemicas.*

Caput Sextum de diversitate curæ inflammationum practice differit, & descriptionem generalem inflammationum exhibere tentat.

Fe-



FEBRIS ARDENS, NON CAUSON. SYNOCHUS NON PUTRIS CONTINUA: SYNOCHUS SIMPLEX: CONTINENS INPUTRIS: *Nobis* INFLAMMATORIA; quoad *essentiam*, *causam* suam *proximam*, hodiedum nos latere videtur. Explicationes Virorum magnorum e diametro sæpe sibi adversantes, id lucide confirmant.

Synonymia.

Causa proxima.

Seposito tantisper omni systemate, fragmenta quædam e casibus meis practicis eruta,

Fundamenta Tractatûs

ta,

ta congeram; attentus in *caufas*, feu *prædifpofitiones internas* phlogofeos, & diverfas inde natas *facies* ejus, æque in *curam*, feu *nocentia* & *juvantia*.

Infuper *hiftoriæ partium corporis externi*, mole quadam *preffarum*, vi *tufarum*, *vulneratarum*, *laceratarum* &c. &c. ftimulo alio acri calido *irritatarum*, *tumorumque* fuperficiei corporis, feu *infarctus*, eorumque exitus; pro parte mihi fundamenta dabunt ædificio Inflammationi internæ ftruendo.

CA-

CAPUT PRIMUM.

De inflammationibus plenitudinum.

§. I.

Prædiſpoſitio prima ad *inflammationes formatas*, aut *formari incipientes*, *univerſales*, id eſt omnibus aut pluribus vaſis proprias; *topicas*; id eſt quibusdam ſolis vaſis, viſceribus, organis, locales, eſt *plenitudo*, ſeu abundantia, humorum, eorumque

vel *ſanorum*; cruoris, lactis, pinguedinis &c.

vel *cachecticorum*, leucophlegmatiæ, peripnevmoniæ nothæ, chloroſeos, febrium pituitoſarum, nervoſarum &c. &c.

Exempla plenitudinis humorum ſanorum.

Civis vidua, agilis alias, menſtruo fluxu ob annos ceſſante, pingueſcere nimium incipit. Laſſitudo mentis & corporis, pedes quaſi plumbei, ſenſus quidam anxius circa cor, ut ait; reſpirii ad motum, aut adſcenſum loci altioris, difficultas; calores; ſudores fere perpetui, eam adfligunt. Venæſectio larga, nitri & cremoris tartari longior uſus; abſti- Obeſitatis effectus.



nentia cœnæ & cerevifiæ, motus frequentior, potus acefcentes, eam curavere.

Amaurofeos incipientis, aut phrenitidis plethoricæ fymtomata.

Femina pauper cephalalgia ardenti, obfcuratione vifus momentanea, at frequenter recrudescente, fcintillarum ante oculos volutatione præprimis poft paftum, poft crematum confuetum, moderate etiam hauftum, toto meffis tempore, vexabatur. Succulenta plena eft, pulfum plenum, durum habet. Venæfectio pedis, cucurbitæ nuchæ adplicatæ, lac ebutyratum cum cremore tartari, ad caput oxycratum frigidum repetitum, miferam brevi reftituere.

Melancholia, aut Mania incipiens plenitudinis.

Robuftus, quanquam macilentus, lanio, dum dives jam vitæ fedentariæ indulgere, lautius vivere poft mortem uxoris operofæ, incœpiffet: pervigil fit, & fi obdormit, infomniis terrificis excitabatur; inquietus tum vel media fub nocte hinc & inde curfitat, pellente, ut ait, invincibili anxietate; pulfus tenfus, durus. Duplex venæfectio, acida mineralia, quia vegetabilia & nitrum & purgantia antiphlogiftica non fuffecerant, atque novum matrimonium virum pacatum reddidere.

Sena-

Senator habitus pleni, cephalea aliquot septimanarum vertigine dein spasmis musculorum oris, momentanea sui inconscientia, verbo, prodromis apoplexiae adfectus: repetita ter venaesectione, & purgante aliquot diebus continuato, pulposo, acescente salino, cum nitri largiori dosi mixto, lemonada insuper pro potu communi copiosa, restitutus. Prodromi apoplexiæ sanguineæ.

Femina juvenis, athletici ferme habitus ex venaesectione consueta, neglecta, dolore artuum vago punctorio, aciculoso, saepe & caput oberrante, tumque cum vertigine una febri per vices laboravit. Ephemeræ, &rheumata plethorica.

Chirurgum ab aliquot jam annis proprio consilio, vel minimo sub aegritudinis sensu saepius per annum phlebotomiam celebrare, solitum; appropinquante venaesectionis tempore, bis vidi ephemera & dolore pedum (multum enim qua venator insignis cursitavit) sensibili afflictum; venaesectione, aut cucurbitis regioni dolenti adplicatis in momento ferme ea disparuisse.

Haemorrhoidarius Juvenis tinctor tussi subperipnevmonica adficitur, quam una venaesectio, nitrosum emulsum, ac dein mixtura sti- Subperipnevmonia hæmorrhoidalis.



biata oxymellita facile ſanarunt. Poſt medium annum tuſſis cum pectoris oppreſſione pejor redit, hæmorrhoides tument, arte benignæ naturæ alvus ſimul fluit. Vapores emollientes, balnea pedum, infuſum emolliens & purgans ſalinum, ut naturæ conamen ſuffulciens hæmorrhoides aperiunt; fluunt hæ, & mala pectoris evaneſcunt.

Vertigo, colica hæmorrhoidalis.

Mercator ſucculentus de vertigine, ſpinæ dorſi et lumborum dolore, ardore tuberculorum hæmorrhoidalium lamentabatur; averſatur ſanguiſugas, alvus obſtructa eſt. Venæſectio & manna cum pulpis in ſero lactis acido diſſoluta cum nitro medelam adtulere.

Corollaria.

* Hæmrorhoidibus cœcis purgantia antiphlogiſtica, non ſalſa nimium, multo minus reſinoſa, egregia reperii; lac ebutyratum, ſerum lactis tamarindinatum, manatum, & ſimilia. Colica ipſorum, per fæces induratas, acres, orta, (quia omnes ferme alvo obſtructa laborant) comprimentes, irritantes venas his tollitur. Egregium olei ricini uſum ignoravi. Alia longe res eſt in hæmorrhoidibus

bus mucosis, corpore leucophlegmatico. Feminam his adfectam Menhardivillensem curavi pilulis balsamicis Stahlii.

Vomitus gravidarum sincere plethoricus.

Aliquot novi femellas, carne molli & plenas potui turcico lacteo, aut cerevisiae, indulgentes; quae gravidae factae multum vomuerant, frequentiora animi deliquia passae sunt, quibusque, praeparata menthae, chamomillae, opium, noxia potius fuere; et venaesectio levamen dedit. Uni earum jam primo graviditatis mense cruorem extrahere, ob vomitum enormem, coactus.

Tussis ferme ferina gravidae plethoricae.

Uxor mollitoris in 4 mensem gravida ferina ferme tussi sicca adfligitur, una cephalalgiis gravibus. Venaesectio, potus emollientes, mixtura mucilaginea nitrosa malum minuerunt.

Susurrus aurium plenitudinis.

Sodalis pellio, juvenis robustus, susurru aurium tanto vexatus, ut vix clamorose loquentem audiret. Vapor emolliendo discutiens, venaesectio larga pedis, & nitrum ferme ad unciam semis de die adsumptum intra paucos dies aegrum juvârunt.

Hemiplegia menstrualis. Agasonis mollaris uxor 30 & aliquot annorum menstrua amittit, quin gravida sit. Post aliquot menses subitanea hemiplegia nocturna prostrata jacet. Duplices venæsecti ones factæ, tum clysmata emollientia, nitrosa, per os sal amarum et manna ingeruntur absque effectu. Pulsu tum semper tardiori, drastico resinoso mercuriali purgante, & clysmate ex tartaro emetico, aliquoties alvo commota, atque vesicantibus more Londinensium amplis & latis extremitatibus & nuchæ successive adplicatis, præsentia mentis redit, absque loquela, & motus quidam obscuri partis adfectæ sensibiles fiunt. Iteratis frictionibus ex tinctura cantharidum, spiritu formicarum diluta, floribus arnicæ, camphoræ largis dosibus adhibitis, usum partis hemiplecticæ successive ex toto, at loquelam nonnisi venæsectione duplici in raninis celebrata, et ictibus electricis omni die auctis, successive balbutiendo ex parte recuperavit.

Corollaria.


* Venæsectio duplex sanguinem menstruum lentum, fors spissum capiti inhærentem eduxisse videtur. Clysmata, purgans, æque revellenda egerunt, post hæc enim aliquis sensus re-

rediit Reliquam fors partem feri aut cruoris ftagnantem veficantia movebant; at ftafes reliquas, & paralyfi linguæ nonnifi arnica, camphora, ignis cœleftis tollere valuit.

In apoplexiis plethoricis, feu fanguineis, quodvis ftimulans, fanguine non demto prius et antiphlogifticis tentatis, venenum effet: at præmiffis his inanis horum erit ufus ulterior; nervum enim fenfilitate fua, vas distenfum tono fuo orbatum, quanquam caufa premens ablata fit, at non effectus caufæ, vix antiphlogifticis, aut tarde nimium, curabis: bene vero alterantibus, ftimulantibus effectum caufæ tolles, nervo iterum his irritabili facto.

Nonne flores arnicæ ftimulantes, roborantes, fæpe eventu felici extravafata capitis folverant: eadem hic ratio mihi videtur, veficantium, camphoræ.

Eadem mihi videre contigit in ruftico harhovienfi, qui venæfectionibus, clyfmatibus ex apoplexia calida ad fenfum fui quidem reductus; at pedum & linguæ motum perdifficilem antiphlogiftica diu per me continuata tollere non potuerant.



* Apoplexiæ submersorum, suspensorum huc referendæ sunt.

Nobilis Domina frequentioribus venæsectionibus ab ætate juvenili adsueta terminum venæsectionis protrahit, profusa narium hæmorrhagia laborat.

Anevrysmata, varices ad plenitudines topicas merito referuntur: venæsectiones parcæ at frequentes ideo anevrysmaticos levant, & servant, una cum diæta tenuissima.

Exempla plenitudinis cachecticæ phlogisticæ.

Peripnevmonia chlorotica.

Virgo nobilis, habitu toto chlorotico, tussi cum sputis, pituitoso-flavis ab aliquot abhinc annis vexabatur; menstrua parca, inordinata; collum scrophulosum est: hyeme inchoante omnia symptomata peripnevmoniæ veræ in ea se manifestant, Venæsectio pectori magnum fert levamen, & sanguinem eduxit pleuriticum. Serius sale ammoniaco martiali cum gummi ammoniaco, et intermixtis rhabarbarinis usa, perfecte restituta fuit.


Specta-

Spectabilis Domina *** habitus laxi, multarum prolium mater, circa 50 ætatis annum; me consuluit, fluore albo aliquot annorum, benigno initio, acriori jam facto, laborans. Rhabarbarina, decocta purificantia, roborantia, solventibus mixta malum inminuunt. Ut citius hoc ex toto liberetur, largioribus dosibus medicamen roborans haurit: nunc fluor albus cessat, menstrua, alioquin parcissima, sanguinolenta tantum, penitus emanent. Abdomen intumescit, respiratio difficilis facta, anxietates, febris oriuntur. Proprio Marte venam aperiri curat, & purgans adsumit, optimo successu. Curata perfecte dein balneis Bartfensibus frigidis, & acidulis iisdem martialibus.

Anxietas, tumor abdominis, respirii gravitas, febris ex retrogresso fluore albo

Puella 18 annorum menstruis penitus caruit, toto corpore pallebat, respiravit anxie, cor palpitavit, pulsus vero plenus fuit. Venæsectio in pede cordis & pectoris mala sustulit. Purgantia omni 7. 8. die ex rheo & sale ammoniaco, & vinum roborans chalybeatum cum corticibus stimulantibus, una decoctum solvens, balnea pedum, vapores

Respiratio difficilis, cordis palpitatio ex plenitudine chlorotica.



&c. menſtrua provocarunt, & ægram ſanarunt.

In putridis lentis nerveis hyemalibus, autumnalibus ſæpe topicas oriri inflammationes, moderatam phlebotomiam deſiderantes, conſtat. —

Idem in peripnevmoniis nothis fieri æque notum, vulgatum eſt.

Procuratoris Poſonienſis memini, declinante hyeme peripnevmonia notha correpti, pulmonibus longa tuſſi pituitoſa, fors & ſcrophuloſa prædiſpoſitis. Duplex parca venæſectio mala pectoris quidem levavit, febrem imminuit; at ad tempus ſolum, 14ta enim circiter morbi die reſpiratio orthopnoica, vires vitæ dejectæ, pulſus tenuis, verbo, omnia deſperata fuere: quibus nec gummi ammoniacum, nec ſquilla, nec kermes levamen prius conciliare potuit. Indicatione tum vitali facta camphora in emulſo, ſtib. diaphor. in infuſo ſerpentariæ, & contrajervæ, veſicantia 5 ſucceſſive adplicata febriculam optatam, pituitam moventem, incendebant, ſecuta fuit expectoratio copioſa puriformium, pituitoſorum, tenacium; & æger convaluit; ſerius lychene & cortice uſus &c.

Co-

Corollaria.

*) Plenitudines ergo ad phlogosim prædisponentes erunt. Obesitas, plethora cruoris, robustum, rigidum corpus, seu plenitudo carnis, &c. graviditas, menstruatio, quam alioquin sine locali plethora concipere vix possumus, hæmorrhoides, chlorosis, leucophlegmatia &c. varices, & lac, de quo statim sequetur.

**) Exserunt se hæ dispositiones cephalalgiis vagis, periodicis, & vertiginibus, aurium susurru, oculorum scintillatione, somno inquieto, aut comatoso, insomniis terrificis, caloribus auctis post tepida, aut spirituosa, aut motum corporis, doloribus vagis, punctoriis, latera, artus oberrantibus, gravitate artuum & animi tarditate, difficiliori spiritu, sensu quodam peculiari, anxio circa cor, in sudores propensione, colorum faciei varia mutatione, cruore è vena misso, spisso, pauco sero inmixto, vel pleuritico, *vel chyloso, lacteo, ut in Monacho plethorico mihi & aliis videre contigit ;* quanquam non post pastum cruor extractus fuerit. Sæpe & se exserunt cachectico, quasi lardaceo, corporis habitu, & his pessimæ inflammationes na-

scun-

ſcuntur, tuſſi ſæpe ſicca, ſtupore frequenti artuum, quin ſedendo arteriam premant; pulſu duro, forti, pleno, celeri, aut ſæpe tardo, ſuppreſſo; excretionibus ſuppreſſis, aut ſanguineis ortis, alvo dura plerumque, cuti ſicca, urina rubra &c. &c.

***) Theoria vulgata originis inflammationum & plethorarum, earumque effectuum ad has plenitudines quadrare videtur; nempe rigidorum robuſtorum vaſa ulteriorem extenſionem difficilius, aut vix, admittunt, aut distrahuntur humoribus nimium auctis, cruor indies chylo admixto cumulatur, ſpiſſeſcit, gravius potentius premendo irritando in vaſa agit; hæc hac vi majori inpulſa denuo reagunt in cruorem, motus ſic ex utraque parte validior naſcitur: en geneſin febris inflammatoriæ. Laxorum, humoribus accumulatis reſiſtere non valentium, vaſa, tonum dein perfecte perdunt, infarctui locum dantes, aut plane rumpuntur, humores æque elabuntur, actionem viſceris, organi ſuffocant, id quod in venis cerebri præprimis fit; en geneſin apoplexiarum, paralyſium, ſuffocationum &c. aut tenuiora tantum exprimuntur, ſerum adcumulatur, en geneſin hydropis. Hoc ſerum jam tali ratione ut plenitudo cruoris, phlo-

phlogofin producere valet, & hydrops oritur plethorico-inflammatorius, vifus & curatus nobis in Nofocomio practico, venæfectionibus & toto adparatu antiphlogiftico. Simili ratione poft peripnevmonias oritur ex fero transfudante.

Idem fit cum plenitudine cachectica; æque vafa infarciuntur, tenduntur, premuntur, irritantur, &c. Benefico profecto naturæ conamine fit, fi tum validior humorum motus oriatur, quippe qui ftafes folvit, movet, fuperfluum ad colatoria ablegat. Profecto quivis fibi & ægro gratulátur Practicus, dum in peripnevmoniis nothis pulfu languente, refpiratione orthopnoica, febriculam infurgere fentiat. Nonne fæpe ftimulantibus, incidentibus acrioribus, veficantibus, hæc intendimus? Sæpe tamen hoc naturæ conamen excedit, tumque per Medicum moderatur phlebototomia, aliisve.

****) Plethora univerfalis etiam fæpe ephemeras producit, uti topica ftafes peffimas, aut inflammationes locales, juxta partem denominatas, vulgatas.

Unius

Unius Ephemeræ memoriam injicio

Ephemera lactantium, infantum *Lactantium*, dum matres ſpirituoſis indulſere. Matrem nitroſa, refrigerantia exhibita, & infantem, ſugentem lac medicatum matris, curant.

§. II.

Plethora ſpuria. Eandem diſpoſitionem ad febres phlogiſticas, aliaque mala plenitudinis, easque vel topicas, vel univerſales, formatas, vel formari incipientes, nobis exhibet *plethora*, quam ſchola Medicorum theoretica *ſpuriam* nuncupat. Producunt hanc aëres fixi, phlogiſtici, ſeu incenſibiles, e. gr. dum acidum vitrioli, cum marte permiſcetur, aut fumus carbonum, aut vapores lacuum putridorum; aëres acidis vaporibus volatilibus mineralium inprægnati, aut mercurialibus, arſenicalibus particulis infecti. Narcotica, dein opiata, fumus nicotianæ, inſolatio, motus corporis nimii, balnea fervida, vinum, crematum, cereviſia, aquæ minerales aëriferæ.

Exem-


Exempla quædam.

Cum Barone C ***. aërem incenſibilem ex acido vitrioli & limatura ferri paravimus ſub camino non bene trahente, tempeſtate pluvioſa, atmoſphæra conſequenter gravi, ad experimenta electrica. Cephalalgia, vomiturítiones, reſpirii quædam difficultas, humorum motus validior nos afflixit; mihi adhuc ſequenti die caput doluit. Acida & aër liber nobis levamen dedere. Effectus in corpus humanum aëris incenſibilis.

*) Aëres hi omnes aut pulmones conſtringendo, aut humoribus per pulmones mixti eos expandendo, citius movendo agunt: maxime caput petunt & adficiunt; vel quia pulmonibus conſtrictis plethora topica vaſorum encephali naſcitur, vel quia mixti ſanguine ob naturam ſuam ſuperiora petunt, vel quia in vaſis cerebri magis humores, & per hos vaſa æque extendere valent.

Infans 4 menſium in domum peregrinam mihi adlatus facie rubra tumente, oculis clauſis, palpebris ſubtumidis, cum reſpiratione naturali citiori, ſtertoroſa, ſomno comatoſo ſepultus. Mater timide lacrymando auxilium petit, narrat infantem ante duas Coma narcoticum.

horas

horas sanum fuisse, at nil ultra fatetur. Theriacam ingestam reor. Clysma jusculi salsi adplicare jubeo, & ni juverit, oxymel squilliticum per parva cochlearia ingerere, ad vomitum aliquoties ciendum, una cum sanguisugis ad venas jugulares. Infans post emeses aliquot ad se rediit, & mater est tum fassa, se decoctum capitum papaveris rhœados ad clamores infantis sedandos ingessisse.

Continua infl. universalis. Continua infl. topica pleuritica.

Juvenis auriga cum fraterculo labore immodico aliquot dierum arando, sub cœlo æstuoso occupantur, cremam, cerevisiam, mixtim hauriunt.

Major natu continua gravi cum delirio brevi post decubuit; minor natu pleuritide inflammatoria: utrique methodo generosa antiphlogistica restituti.

Pleuroperipneumonia gangrænosa potatoris.

Lapicida 50 annorum omnium spirituosorum potator summus tempestate rigida die solis, sub potationibus pleuritide corripitur. Venæsectione parum melioratur Die Jovis insequenti post mediam vini haustam pleuritis recrudescit, latus cremato inungitur, interne lapis hæmatites in pulvere cum aceto forti ab vetula ipsi propinatur. Die Sabbathi me advo-

advocarunt. Caput ſtupidum, lingua cruſta nigra obſita, ſicciſſima, ſitis, tuſſis ſibilosa, ſputa ſpumantia, ſanguinea, reſpiratio ſupremis humeris perfecta, dejectionem virium plenariam, ſtatuæ inſtar immobilis gravis ſupine jacet, pulſus duri chordæ inſtar digitum feriunt, intermittunt. Febris continua, urina profunde rubra, ſequenti die intenſius flava, aquoſa ſolum. Venæſectiones repetitæ ſanguinem ex toto pleuriticum, placentam contractam ſtriatam, habentem, vix forfice ſcindendam, abſque ſero educunt. Totus adparatus antiphlogiſticus Emulſa, Decocta, Eclegmata, Vapores, Cataplaſmata &c. nil proficiunt. Accedit ſingultus ſputa nigra, & die Lunæ veſperi morte *gangrænoſa* periit.

Cephalalgia poſt crapulam, ſomnus comatoſus & vomitus ebriorum huc pertinet.

§. III.

De Inflammationibus plenitudinis lacteæ.

Obſervatio biennalis ſupra fæminam nobilem a juventute ferme prima ex vitio organico ptoicam, duobus nihilominus viris nuptam, trium prolium matrem, ejusdem febres varias. Peripneumonias veras autumna-

les, vernales, *peripneumonias lacteas, præprimis illam ultimi partus*, biliofo æque inflammatorias. Tabidam ultimam corticem quacunque ratione exhibitum refpuentem femel plafticis jugulatam, & falfam graviditatem feu hydropem uteri ex humoribus diffolutis ortam, mortem.

Perill. Domina de S — fanis nata parentibus in tertium ætatis annum fana vixit, fi incommoda primæ dentitionis excipias. Hoc tertio ætatis anno incuria fervilis coftas dextri lateris impingit, incurvat magis, unam frangit. — Tribus feptimanis, quibus puella ægre valet, mali caufa celata manet, nefcio, pro quo habita. Cognito tandem morbo Medicorum & Chirurgorum confilio per medium circiter annum diu nocłuque thoraculum geftat ferreum. Hoc thoraculo malefano difformitas gibbofa pectoris, aliaque pelveos creatur.

Tuffis una pulmonum comprefforum & coftæ pleuram aut diaphragma irritantis cum fputis ex albo flavefcentibus oritur. Diæta ftricta, vitæ regimen reliquum moderatum, medicina ferme perpetua puellam quoad reliquum illæfam fervarunt, morbumque pulmonum mitigabant. Autumno declinante aut

hyeme

hyeme ſubſecutorum annorum oppreſſione thoracis, doloribus laterum, tuſſi majori, crebriori, febre continua affligebatur, liberata his ſputis copioſioribus flavioribus ſanguine ſtriatis. Aetatis anno neſcio quo, ad ultra 20mum nupta primum marito ſeniculo diviti — gravida fit, tuſſi aucta, præterque ſpem moleſte, at ſat feliciter parit filium, quem rudæ obſtetricis manus formatione oſſium capitis pro lubitu, dein apprehenſione laterum capitis ambabus manubus, & reliqui corporis libere penduli motitatione ad artus, ut inſana fæmina ajebat, evolvendos, ad morbos prædiſpoſuerunt. Convulſionibus dein obiit, poſtque mortem pus e naribus & ore fluxit, hinc probabilius ex abſceſſu encephali interno.

Febris lactea valida, fors & cum alia puerperarum ſaburrali conjuncta, ob lactationem primarum dierum prohibitam, & clysmata ex metu inani diarrheæ, vetita, fæces antiquas acres putridas puerperarum eluentia, & lac revellentia intermiſſa.

Deperditio lactis per 15 ſeptimanas e mammis ſtillantis pulmonum malum augebant. Deſerta ab Medico conclamata judicata opera aut benignæ naturæ aut pharmacopœæ amici convaluit.



Maritus primus moritur — & secundo jungitur amato Viro, gravida fit, parit æque feliciter mala primi partus minora; servatur. Biennio exacto denuo concipit: 14 dies ante partum dolores, hæmorrhagia uteri.

Pharmacopola venæsectione, quiete, medelam fert.

Quarta post partum die 23. Martii anni 1780. me in patriam reducem accersunt. Hactenus quæ enarravi ore & fide Dominæ nobilis, mariti secundi & Pharmacopolæ recensui.

Quæ sequuntur vidi.

Matrem inveni emaciatam. Quærebatur cephalalgiam nocturnam maxime, oris siccitatem, linguæ & faucium, oppressionem thoracis gravem, crebram dolorosam tussim, spasticos musculorum thoracis & abdominis motus, sputa sanguine striata, pulsus celer. Mammæ multum tument, duræ sunt, dolent, calent. Alvus suppressa est, calor, sitis continui; urina rubra. Ex indicatione febris *lacteæ inflammatoriæ & mamalis & pulmonum*, venæsectionem ordino parcam, clysmata emollientia, cataplasma ex spec. emoll. lacti incoctis ad mammas; decoct. emolliens altheæ tepidum pro potu.

Mixtu-

Mixturam mucaginofo-nitrofo-diacodiatam; diætam vegetabilem. Aliquoties mixtura affumta vehementius tuffitavit, cephalalgia ideo aucta, ægra lamentatur, meque cogitabundum informat, nitrum fe ferre non poffe; (Dr. j. infuit mixturæ unc. vj.) eadem ipfi vel ab jufculo falito parum fortius, contingere. Ordino liquorem terræ foliatæ tartari, utpote falis mitiffimi, nitri loco, parca quantitate. Continuatis his lac e mammis copiofe ftillat, lochia lactiformi humore permixta fluunt, fputa cocta puriformia exfcreantur. Omnia in melius vergunt &c. applico cicutam, fl. famb. cham. fapon. Venet. in Catapl. Durities in dies minuitur. Tædium Catapl. fecit, ut petitis ægre obediverim & Empl. de Galb. crocatum camph. & Empl. cicutæ mixtum adplicaverim. Odor Galbani & Camphoræ novas turbas fecit. Solum Empl. cicutæ cum melliloto permixtum fert, hocque mammas ad naturalem habitum reduxit.

Decima feptima morbi die gravi ira prægreffa jufculoque carnofo meraco affumto, caffea mane lactea haufta, cephalalgia, amaror oris fordes, ructus peculiares quafi fingultuofi & fæpe vigefies, trigefies redeuntes,


uno ordine, febris cum exacerbationibus. Ex indicatione biliosæ febris purgans mannatum cum liquore terræ folliatæ tartari exhibeo; acida, emeticum pulmones phthysici vetabant. Aurantia insuper dulcia, & solvens decoctum cum succo aurantiorum, alvus per biduum fluxit, appetitus rediit, mixtura ex chamom. aqua, syrupo & extracta curam biliosi morbi absolvunt. At febricula continuavit post pastum vesperi nocte exacerbabatur; sudores debilitantes, sputa purulenta, cephalalgia frequens, & primæ viæ puræ tamen, vigente appetitu.

Tempus corticis peruviani rebar: decoctum hujus dilutum non saturatum propino, at ægra mox siccitatem pectoris, anxium respirium, tussim crebriorem, sputa imminuta quæritur; diluo hoc cum decocto mucilaginoso, nec hoc commode fert, recusat id strenue. Mixturam ex mucilagine radicis salep. aqua & syr. rhœados, emulsum tissotianum, victum vegetabilem plasticum ex hordeo granulato, oryza, lacteis ordino, aere vernali puro fruitur & febris successive jugulata fuit. Vires redeunt, sputa parciora fiunt, sic sat commode pro suis se habuit pulmonum circumstantiis. Curam perfectam phthyseos ex vitio organico quis exspectabit? præsens causa pulmones ad tussim semper ciens, peri-

pnev-

nevmoniæ autumnales, hyemales, febres lacteæ peripnevmoniceæ, ſemper ſuppuratione terminatæ, omnem ſpem curæ perfectæ cuique dement: ad Octobrim ſe commode habuit. Negotiis ſuis domeſticis occupata; hoc pleuperipnevmonia mixta correpta poſt epulas, in quibus carneis indulſiſſet, copia ſaburræ, febris, ructus, flatus, vomituriones &c. &c. Venæſectione parca & purgante ſuo mannato converſo in emeticum denuo reſtituebatur. Denuo aliquo tempore ſe bene habuit. Tota hyeme emulſum ſuum bibit, vitat injurias aëris, vere & æſtate medicamina omnia ſepoſuit, & pro genio ſuo vixit. Autumno 1781. gravidam ſe putat, non appetit, alvo ſæpe obſtructa laborat; abdomen increſcere ſentit, menſtruo jam tribus menſibus caruit, & motus infantis ſe percipere ait, hæc quavis graviditate ſibi acciſiſſe narrat: menſtrua hinc gravido jam utero duobus adhuc menſibus fluxiſſe ſemper. Obſtetrix ex conſtitutione oris uteri negat graviditatem veram; Obſtetricans magiſter affirmat eam initio ex percepto motu percuſſivo ſub manu abdomini prementer adplicata, at dein omnia inveſtigando &c. de graviditate dubitat. Hydropem uteri eſſe invenio, eo tum enim me conſuluit: febricula ſimul hectica adeſt. Contractiones uteri aquam evacuare vo-

 len-



lentis motum infantis mentiebantur. Per vices ſub his doloribus aquæ parum fœtidæ flavæque ex utero ſtillat.

Accedit anaſarca, omnia tentantur incaſſum per varia conſilia conſtituta. Cortex varia forma tentatus, diureticis lenibus mixtus aliiſve incaſſum adhibitus eſt; ſemper pectoris malis auctis. Anxietates ipſius, ab utero pleno, diaphragma premente, ſæpe ſummæ fuere, deliquia animi, anorexia acceſſit, alvus parca ſemper, ab inteſtinis preſſis: nil niſi juſculis, panatellis &c. veſci potuit, ſi levamen anxietatum deſideravit. Mixturam ſuam ex ſalep. & ſyr. diacod. ad mortem continuavit, hac ſola pectus levari ajebat. Ad ultimum halitum ſe gravidam exiſtimavit, aliquoties ſellam partui deſtinatam omnibus contradicentibus, vi adferri curavit, parturivit, & nil niſi aquam expreſſit. Mortua initio hyemis. Diarrhæa colliquativa vera hic nobis viſa non fuit: fors humoribus diſſolutis in uterum effuſis: alvus laxior ante mortem, at non colliquans aderat.

Primipara ſub partu cum utero inflammari incipiente, febrique

Iuvenis 19. annorum femina civis pellionis uxor primipara, tota ſub graviditate bene ſe habet. Sellæ parturientium ultra 12 horas inſidentem ſub ſummis vi pariendi conatibus

præ-

præmaturis ſuaſu adſtantium inſidentem reperii. Binis vicibus generoſum tockayenſe puerperæ exhibitum fuit. Caput vertiginoſum, faciem inflatam turgentem rubram, anxium reſpirium, abdomen continuo dolens, quaſi quid tympanitici præ ſe ferens, attactum refugiens, ſub quovis partus dolore, ob vehementiam & continuitatem harum ferme convellebatur. Parturientem in lectum reponi, clyſma emolliens, catapl. tepidum ad abdomen, decoct. altheæ cum Syrup. diacodii, nitro tepide haurire jubeo. Phlebotomiam celebro largam.

lactea æque ſub ſymptomatibus peripnevmonicis.

Dolores inminuuntur, quiete dormit; & poſt aliquot horas, recrudeſcentibus partus doloribus, ſitu infantis naturali exiſtente, parit feliciter, lochia ordinate fluunt. Tertia poſt partum die tuſſis oritur ſicca, difficultas reſpirii, thoracis oppreſſio, horripilationes, calores, pulſus plenus, & celer. Vapores ad mammas nedum tumentes derivare jubeo, interne tepida cum nitro exhibeo. Intumeſcunt mammæ: at nimium; clyſma ſalitum revellit. Octava poſt partum die cereviſiam coctam cum lactis cremore, & ovis haurit, inſuper carneis pinguibus veſcitur, vomit. Ipecacuanha vomitum juvat, & tinctura rhei, curam confirmatoriam abſolvit.

Inflammatio uteri post partum instrumentalem, stasis, metastasis lactis caseosi in cerebro, urinæ incontinentia

Mercatoris conthoralis, 30 circiter annorum, corporis vegeti, pleni, anno matrimonii sui quinto vel sexto primum concepit. Sub graviditate laute vixit, potu turcico lacteo delectabatur multum, somno pomeridiano indulsit. Tribus dein diebus parturivit. Vocatus artis obstetriciæ magister; infantis caput grande inclavatum, pelvimque male formatam reperiit. Venæsectio facta, & mors infantis exspectabatur. Quinta circiter partus die excerebratio capitis facta fuit, fœtusque enormiter magnus & crassus extractus. Sphincter vesicæ debilitatus urinam stillavit, vesica vix duo cochlearia urinæ continere valuit. Fors hac ex indicatione, Medicus ejus ordinarius, corticem peruvianum, cum foliis aurantiorum, frigide infusa, præscripsit. Acidum, id est, succum citri cum melissæ infuso pro potu communi propinavit. Serius dein pulveres ex camphora, nitro, & pulvere hepatico rubro adhibuit. Nona post partum artificialem die pro consilio me advocarunt.

Inveni ægram delirantem, typo continuo febricitantem remittenter, linguam albo muco obsitam, abdomen infimum meteoristicum, continuo dolens, lochia nulla, in urina sedimentum caseosum, pulsus inæquales,

mox

mox duros, mox celeres, intermittentes, tenues. Mammas habitu naturali, nullum lac continentes.

Indicationem feci uteri inflammati, & ſtaſeos lactis caſeoſi in cerebri vaſis, prognoſim formavi dubiam, medicamenta antiqua ſeponuntur. Ordino mixturam ex nitro, liquore terræ foliatæ tartari, roob ſambuci &c. Ad abdomen cataplaſma emolliens, decoctum altheæ & radicis bardanæ, oleo tartari per deliquium, inſtillato, ad lac caſeoſum reſolvendum, acidum abſorbendum, & per urinam præprimis eliminandum: monſtrante natura via. Vapores ad mammas incaſſum derivavimus. Clyſmata emollientia æque adplicavimus; venæſectionem, & uterina clyſmata Ordinarius ſtrenue repudiavit. Aliquot diebus his uſa; copioſe lac caſeoſum cum urina fluxit, deinde purum lac. Abdomen molleſcebat, attactum ferre etiam rudem incipiebat; quin lochia rediverint. At delirium permanſit, & ferox factum fuit undecima morbi die, nocte, oculi torvidi, ſpaſmi oris, cachinni, pulſus ſumme inæquales &c. Veſicantia ad ſuras adplicamus, ob vim earum revellentem, & diureticam. Facta his optata revulſio; inſimul alvus fœtida, caſeoſo-putrida depoſita, purgante rhabar-

barino-falino juvabatur; & delirium ceffavit, ægra convaluit.

Febre ferius initio remittente correpta dein in quotidianam intermittentem mutata, purgante curabatur, & cortice peruviano. Ejusdem corticis continuato ufu, & tempore benefico, fphincteris debilitas evanuit, pedumque oedema, præcipue unius pedis, dolens.

Cafus fequens ob infequentem fecundum enarratur: quanquam ad lacteas inflammationes directe, non pertineat.

Symptomata keneangeæ, hæmorrhagia uteri, quanquam non valida prægreffa, & nervofa, ex placentæ remanfione.

Nobilis Domina teneræ conftitutionis præproperanter peperit, prægreffo motu corporis validiori per faltum. Levis hæmorrhagia nata fuit. Totam per noctem utcunque valuit, lochia copiofius folito fluxere. Mane peffime valuit. Pomeridie ad confilium vocor, inveni ægram pallidiffimam, continue animo delinquentem, frigide fudantem, pulfum inftar fili tenuem, vix perceptibilem, & fæpe infenfibilem.

Ex indicatione Keneangeæ partim, ex hæmorrhagia uteri prægreffa, levi quidem; at huic corpori tenero tamen morbofa; partim fpafmorum uteri femet contrahentis dolo-

lores posthumos, multos creantis, placentam pro parte accretam eliminare volentis.

Placenta excipiebatur. Mixtura ex præparatis Cinnamomi, Menthæ & Laudano liquido S. omni dimidia hora propinabatur, & ægra brevi convaluit.

Hæmorrhagia uteri ex placenta fundo uteri accreta, inflammatio gangrænosa uteri cum febre lactea.

Mercatrix juvenis toto sub graviditatis tempore dolorem in abdomine profundum quærebatur. Parit cito, post partum hæmorrhagia ingens. Hac per mediam jam horam durante: me vocarunt. Animi deliquia continua aderant, vomitus, extrema frigidissima &c. Extractionem placentæ, artuum ligaturas, fomenta frigida, mixturam Swietenianam ordinavi. Artis obstetriciæ Magister excipit maximam partem, at aliquam fundo uteri inseparabiliter accretam ait; malo præsagio. Hæmorrhagia cessat, removeo mixturam Swietenianam, & loco hujus emollientissima nitrosa adhibeo, & dum corpus tepore lecti jam incaluisset, repositis frigidis, cataplasmata æque emollientia, & injectiones tales uterinas mucilagineas.

Se-



Sequenti die pulſus naturali celeriores: at lochia fluunt, abdomen molle eſt, attactum fert, ægra utcunque ſe habet, appetit, dormit, motum tantum aut erectum corporis ſitum non fert, quin animo labatur & vomat. Tertia celeritas pulſuum ingens, & ſigna manifeſta uteri inflammati; ab contractionibus ejus ſenſibilibus ſub manu. Globum durum, cito increſcentem manui tangendum exhibuit. Oleoſa cum vitellis ovorum & nitro diacodiato, emulſa, & omnia priora aucta doſi incaſſum tentabantur. Inſuper per vices horruit, calebat, mammæ inſurgere incipiebant, lochia ſubſiſtebant. Conſilium celebro, in quo venæſectio parca ordinata exſtitit, absque fructu; eadem enim veſpera ſymptomata gangrænæ, ſingultus, delirium, fætor, frigus extremorum, media nocte moriebatur.

* In hoc caſu nec methodus *C. R. Hanes*, egregia antiſeptica profuiſſet, rebus tam ſubito deperditis.

Lochiorum ſtaſis.

Primipara ſutrix die febris lacteæ lochia amiſit; abdomine ſtatim dolere, tumere incipiente. Methodo antiphlogiſtica lochia redeunt, & omnia ceſſant.

De

De nocte ad pauperem fæminam vocatus, a tribus jam diebus parturientem. Partus fuit humeralis; manus propensa, vel ab obstetricibus, tres enim aderant, vel ab Chirurgo fracta fuit, fætus mortuus. Uterus inflammatus. Venæsectio fit, versio gratis tentabatur, res ad tempus naturæ relinquitur, cataplasmatibus & clysmatibus applicatis. Pomeridie diei insequentis sponte sua parit, collapso infante &c. Venæsectio repetita, aliave antiphlogistica ægram ex toto juvavere.

Phlogoses mammales sæpe neglectu, aut mala methodo subpurare, quis ignorat? Phlogoses mammales.

Emplastra consueta de ranis, de spermate ceti cum camphora, raro juvant; rem potius deteriorem reddunt.

Suctionem humanam, non autem caninam, aut vitream, quia hæ vi fiunt, & magis inflammant, emplastra emollientia, & si phlogosis disparuit, solaque durities non dolens superfit, emplastrum cicutæ, egregia reperii.

Vitandus quoque spiritus salis ammoniaci, quem aliqui, etiam Medici inungunt, vidi inflammationem auctam subpurantem, ab hoc stimulante inflammante liquido.

Febri



Theoria lactearum inflammationum.

Febri lactea affectis, ruit humor, cruori maxime analogus ad mammas. Si quantitate excedit : premit, distendit glandulas, vasa infarcit, regurgitat.

En mala plenitudinis.

Febris insimul præsens est, per quam secretio lactis fieri videtur. En facilem genesin inflammationis veræ lacteæ, dum plenitudini febris accedit.



CA-

CAPUT SECUNDUM.

De inflammationibus veris acrimoniosis.

§. I.

Tertia phlogistica prædispositio est præsentia stimuli cujusdam; quem Medici acrem, salsum nuncupant. Theoria.

Oritur hic

dum vel humoribus densis factis, copia earum aut quantitate per chylum novum semper aucta; vel vasis rigidis, obstructis infarctis, organis secretoriis; vel laxis collapsis, tono propellendi, secernendi privatis, secretio aut excretio materiæ acris, perspirabilis, urinæ &c. impeditur.

Vel dum causa externa, uti aer humidus, frigidus &c. excretionem ejus impedit; non imbibendo perspirabile, id repercutiendo, constringendo, vasa premendo superficialia &c.

Vel dum vitium organicum in organo secernente, aut excernente expulsionem acris prohibet; v. gr. calculi &c.

Vel dum acria nimis copiosa ingeruntur, salsa præprimis &c.

Vel dum effluvia volatilia acria, per pulmones, vasa resorbentia, salivam &c. humoribus nostris miscentur.

Vel dum victus natura sua acer, aut ad degenerationem acrimoniosam pronus, copiose, maxime æstate, ingeritur.

Vel dum motu humorum validiori continuato, eorum degeneratio non explicenda nascatur.

Vel dum humores infarcti, stagnantes diu, uti ex. gr. in glandulis, in humorem non amplius blandum degenerant. Uti ex musto dulci vinum stimulans, inebrians, & secundam per fermentationem acetum nascitur, tertia dein fermentatione liquamen putridum fœtens, acre, volatile. Quamquam nolim, ut hoc simile, quod uti omnia alia similia, summopere claudicat, ad humores nostros directe adplicetur.

Sufficit, acrimoniam etiam cancrosam in glandulis, ex humore antea blando infarcto, lacteo, degeneratione non explicabili nasci.

Vel dum primis viis generata acredo, resorptione ad secundas transfertur.

Acrimonia hæc, circulo humorum mixta, aut loco cuidam inhærens labe sua omnia,

nia, aut adjacentia, verbo ea, quibus adplicatur, inficit, ſtimulat, irritat, incendit, & ſic vel localem, vel univerſalem producit inflammationem.

§. II.

De inflammationibus veris catarrhalibus, defluxivis, rheumaticis, arthriticis.

Catarrhos ſimplices narium, anginoſos, ophthalmicos, pulmonum, artuum &c. prætereo. Exempla morborum ſimplicium catarrhoſorum

Curantur facile mixtura ſambucina cum nitro antimoniato, ſtibio diaphoretico non abluto; potu tepido, diaphoretico, theato, potione riveriana, ſpiritu Mindereri, camphora, mixturis ſambucinis, aut potui theato immixtis. Sic etiam liquore egregio arthritico Elleri Baldingero celebrato; æque pulvere ſudorifero Doweri &c.

Memorabiliores commemorabo.

Temporibus epidemiæ autumnalis, vernalis, catarrhoſæ, duas curavi fæminas, virum unum vitrearium, catarrho commatoſo membranæ ſchneiderianæ, ſeu ſinuum frontalium, probabilius & partis cerebri. Etenim quaſi ſemiapoplectici, inſenſiles, proſtrati Catarrhi capitis ſemiapoplectici.

jacebant, ante paroxyſmum de dolore premente obtuſo frontis & lancinante prius artuum conqueſti; hæc quidem, poſtquam perfrigerationi expoſiti fuiſſent. Venæſectio in pede; clyſma ſalſum; purgans ex ſale amaro & manna vaſculatim ingeſtum, pedum epiſpaſtica optatam fecere revulſionem. Uni fæminæ veſicans cantharidum ob pertinacius hoc rheuma adplicare coactus fui. Vapores emolliendo diſcutientes dein ad ſinus per nares & os derivavi inſimul. Solutus morbus hic ex toto coryza profuſa.

*. In his caſibus non acrimonia ſolum; potius plenitudo acrimonioſa localis peccavit. Ideo tales morbi defluxivi æque ad morbos plenitudinis cachecticos, ſeu acrimonioſos pertinere videntur.

Catarrhi tracheæ.

Catarrhum tracheæ bis in uno, eodemque puero nobili obſervavi, perfrigerio cauſatum. Hic nempe tenere educatus, minimo flante ventu domui calefactæ incluſus hæſit. Tempeſtate bona, tranquilla, tepida adparente ſolum aeri expoſitus, & tum integumentis pelleis obvolutus. Mutata ſæpe atmoſphæra puer ſudans perfrigeratus fuit, præprimis trachea, os enim involvere non poterant. Adparuit

paruit hic catarrhus ſub tuſſi ſicca frequenti, verbis non deſcribenda, quaſi profunde ſibiloſa, voce æque tali, reſpirio anxio. Dum delicatulus hic omnia medicamina averſaretur, in balneum calidum eum locavi, in quo, rebus ludicris variis innatantibus, piſcando has, motum exercuit. Lac inſimul tepidum ei propinatum per vices fuit. Sudoribus ſic prolectis, in lectum, æque calefactum, repoſitus in perſpirio continuo ſervabatur, ad morbi remiſſionem.

Rheumata temporalia æque obveniebant mihi, ſoluta aut ſudoriferis, aut e iſpaſtico, aut fumo ſpecierum fumalium. &c.

Rheumata dentium ſimplicia veſicante parvo poſt aures, aut ad tempora adplicato certo ſolvuntur.

Catarrhos ſimplices dyſſentericos, repercuſſo perſpirabili ad inteſtina, à plebe vino tepido, & nobis infuſis calidis, theriaca &c. facile curatos cernebam.

Exempla inflammationum catarrhoſarum formatarum.

Inflammatio auris in, & xterni.

Tempore epidemiæ catarrhoſæ faber ferrarius, prægreſſo rheumate oberrante, cephalalgia, & dolore acuto auris interno pungente, pulſante corripitur. Horret, calet, ſitit, noctes inſomnes ob omnium exacerbationem, pulſus inflammatorius, regio auris infectæ circumcirca tumens, dolens, rubens.

Venæſectio repetita ter febrim imminuit, mala auris nil, vel parum. Nitroſa, acida, ſambucina, emollientia ſat copioſe ingeſta fuere. In aurem vapores emolliendo diſcutientes lactei derivantur. Externe Cataplaſmata talia, pauco cum levamine adplicata.

Ad purgantia recurrebam, præcipue, quia tumentis quid in regione epigaſtrii adverti, abs dolore. Et hæc eccoprotica aliquot diebus continuata fuere absque multo levamine.

Chirurgus ſubpurationem auris externæ præſagiebat, & ſubpurantia tumori adplicat. Et hæc parum profunt, de nocte enim malum ſemper ingraveſcit, quin febris univerſalis adeſſet.

Præ-

Præſcribo mercurialia cum cicutæ, aconiti extracto, quamquam æger rite examinatus nil venerei, præter nocturnam exacerbationem rebellem erga medelam, exhibuiſſet; ſi non ſcopo antiſiphylitico, ſolvente tamen. Utitur & his absque emendatione.

Chirurgus mollitiem fluctuantem ſe ſentire ait, tumorem amplo vulnere incidit, arteriæ majorem ramum lædit, ſanguis arcuatim proſilit. Siſtebatur compreſſione, poſtquam ultra libram cruoris profudiſſet. Tumor nullum pus continuit. Ab hoc tempore morbus de die in diem inminuebatur, tumor externus diſparuit, ex aure parum ſeroſi quid ſtillavit. Convaluit auditu ſervato.

* Topica revulſio certe in inflammationibus topicis egregia eſt. Memini caſus litteris mihi ſignificati, ubi in apoplexia traumatica aliquot trepani absque fructu adplicati, & arteriis ſectis temporalibus æger reſtitutus fuit.

Filiola perilluſtris domini *** prægreſſa longa obambulatione in horto tempore ventoſo, auſtero, cephalalgia veſpertina, horripilationibus correpta. Nox inquieta, jactitationes continuæ, & lamentationes inter dormiendum. Genæ rubent, carotides ferme ad viſum pulſant. Mane advectus febri- Alia auris inflammatio

culam levem, dolores auris per vices punctorios invenio. Vapores, cataplasmata, uti in priori casu, purgans antiphlogisticum.

In sequenti nocte mala eadem. Mane levem venæsectionem suadeo, aut sanguisugas ad aurim. Mater per omnia dilationem hujusmodi remedii efflagitat. Continuantur priora.

Tertia nox ut secunda. Venæsectionem serio urgeo, ad futuram diem denuo procrastinabatur.

Quarta nocte hæmorrhagia, sponte oborta, narium inflammatio soluta fuit. Remansit auditus gravior, ob susurrum adhuc perdurantem, quem oleum amygdalinum camphoratum, auri immissum, & sal succini volatilis oleosus, pani calido inspersus & auri adplicatus perfecte tollebant.

* Et hic natura topicam fecit venæsectionem.

Pleuro-peripnevmonia ex catarrho neglecto.

Baro centurio de P*** inchoante hyeme catarrho pulmonali simplici affectus mixtura pectorali, & potu tepido levabatur.

Bachanalium tempore trahis frequenter vectus tempestate rigidissima ad radices carpathi, saltui æque indulgens, vina generosa

subin-

ſubinde bibens , tuſſi recrudescente denuo adficitur, hancque negligit.

Vix bachanaliis terminatis cephalæa ſua antiqua, ex lapſu oriunda, occipitali, at ſolito gravius affligitur. Adplicat herbas ſuas cephalicas conſuetas, & media nocte copioſum pus ex aure fluit. Mane vocatus præter caput affectum ex pleuroperipnevmonia gravi inflammatoria decumbentem reperio.

Ad aurim emollientia, & decubitum aptum, ut pus commode effluere poſſit, ad pleuroperipnevmoniam ſuam vero venæſectiones ter repetitas largas & reliquum adparatum antiphlogiſticum adhibui. Febris vehementia his ſopita eſt, ad pectus momentaneum ſolum levamen iisdem expertum.

Quarta morbi die præſente ſummo ſuffocationis metu veſicans inſtar orbiculi magnum lateri adfecto adplicavi. Hoc eadem adhuc die inſigniter levatus fuit. Pleuritis ſtatim diſparuit, reſpiratio liberior evaſit. Tuſſis aliqua cum febre levi ſuperſtes reliquam morbi materiem coxit. Soluta perfecte hæc pleuroperipnevmonia fuit, absque ſputis puriformibus; ea ſeroſa, aquoſa, ſalſa, pauca fuere, quæ exſcreavit. Quam inepte hic expectorantia adhibita fuiſſent, præter kermetem alterantem ſudoriferum, & emollientia tepida,

invifcantia acre ferofum, & ad colatoria fua ablegantia. Urina fedimentum depofuit quafi lateritium, poft veficans, per aliquot dies.

Pleuritis defluxiva.

Mercator * * * prægreffa refrigeratione vefpertina fudante corpore, pleuritide fubitanea nocturna correptus, una venæfectione, & tepidis affatim ftatim hauftis, fudoribus prolectis intra aliquot horas fanatus absque expectoratione.

Catarrhi phlogiftici.

Catarrhi inflammatorii æque huc referendi, fub fymptomatibus peripneumoniæ aut pleuritidis levioris occurrentes. Venam in his bono effectu aperui.

Signa inflammationum catarrhalium.

Signa, quibus catarrhalem, rheumaticam, defluxivam, arthriticam &c. inflammationem ab omni alia phlogofi diftinxi, fuere:

Epidemia catarrhalis regnans.

Dolor vagus oberrans artus, & alias partes prius, antequam uni infixus fuerit.

Prægreffa perfrigeratio.

Exacerbationes fymptomatum vefpertinæ, nocturnæque. &c.

Pleuritis gravis rheumatico-menftrualis. Hinc com-

Tempore quoque catarrhali puellæ nobili 17 annorum, menftrua, ab aliquot menfibus parce fluentia, penitus emanfere. Dolores

lores lateris, sub tussi continua, tanti, ut animi deliquia, deliria momentanea produxerint. Loquela, motus corporis omnis vel ideo ferme impossibiles, Febris continua cum nocturnis exacerbationibus. Largæ 4 venæsectiones sanguinem vere pleuriticum eduxere. Linctus, decocta emollientia, mixturæ mucilaginoso - nitroso - diacodiatæ, fotus lateris, abdominis &c. Clysmata & pedum balnea ob motum corporis penes hæc inevitabilem, omitti debuerant. Febris his & pleuritis mitigabatur, at vesicantia reliquias omnes hujus tollebant. Expectoratio hic magna, copiosa exorta est, & sub hac simul menstrua fluebant. Sanata in integrum expectorantibus ex gummi ammoniaco, oxymelle squillitico soluto, stibio diaphoretico, præparatis hyssopi.

plicata ex rheumatica & plenitudinis inflammatione.

* Si penes inflammationes catarrhales plenitudo æque adsit, expectoratio oritur puriformium, pituitosorum, pleuritidibus, peripneumoniis consueta. At si absit, sputa solum serosa, salsa, aquea ejiciuntur.

Arthritis inflammatoria phthysici.

Compactor ex mala pectoris formatione a juventute prima phthysicus, arthritide vernali vaga, artus oberrante, tumores rubentes, dolentes, hinc & inde creante crucia-

ciabatur; pulſus durus, plenus, celer, cutis ſicca. Toto brevi corpore intumuit. Venæſectio aliquoties repetita ſanguinem ſemper pleuriticum, ut in phthyſicis ſolemne eſt, eduxit, at parum levavit. Purgans antiphlogiſticum ne hilum profuit. Mixtura ſambucina diaphoretica parum æque prodeſt. Veſicantia uno in loco juvant, at in alio cruciatus majores perdurant. Balnea, quibus herbæ odoratæ incoctæ fuere, cum potu copioſo ſaponaceo, purificante, ex bardana, althæa, liquore terræ foliatæ &c. miſerum intra 14 dies curarunt.

* Aeſtate rheumaticos meos alios, balneis ſulphureis, id eſt, hepar ſulphuris continentibus, naturalibus, reſtitui. Balnea calcis raro his profuiſſe ſcio.

Arthritis brachii cum pleuritide.

Femella civis vidua macri parvuſculi corporis, ſenicula, in brachio olim ſubluxato, arthritide tumida, & ejusdem lateris pleuritide correpta fuit. Venæſectione duplici & balneis lacteis reſtituta, dum alia quæcunque in vanum tentata fuiſſent.

Corollaria.

Rheumata ſimplicia ſunt dispo-

* Simplicia rheumata, ſeu defluxiones, absque univerſali febre, cum nulla, aut topica

ca ſaltim; quo referre debeam, anceps hæreo. Symptomata, cura, æmulantur morbos inflammatorios. Stimulus æque perſpirabilis ſuppreſſi acer, inflammans eſt. Dein veræ formatæ inflammationes graves, rheumaticæ naturæ enarratæ ſunt. Hæc profecto faciunt, quod ſimplices defluxiones has, ad leves locales phlogoſes, ad diſpoſitiones inflammatorias referre non dubitem.


ſitiones phlogiſticæ.

* * In inflammationibus plenitudinis ſanæ veſicantia, opium, camphora, diaphoretica potentiora, alterantia kermetica, &c. &c. venenum eſſent. In his defluxivis præmiſſis phlebotomiis princeps ſunt remedium veſicantia præprimis, quæ acre perſpirabile inflammans, & per ſudorem & per urinam eliminant, vel ideo poſt veſicantia applicata ſedimentum copioſum urina cum ægrorum levamine deponit.

Differentia curæ inflammationis rheumaticæ ab alia plenitudinis.

* * * In inflammationibus plenitudinis puris, ni cum morbo aut ſaburrali aut rheumatico complicatæ ſint, exacerbatio veſpertina vix adeſt.

§. III.



§. III.

De Inflammationibus Phthyficorum, quæ fimul chronicæ & periodicæ funt.

Argumenta phthyfim ad inflammationum claffem pertinere, feu effe morbum inflammatorium.

Fors tota phthyfis nil nifi morbus eft inflammatorius.

Origo phthyfeos eft inflammatio. Plurimæ, ne dicam omnes, phthyfes pro caufa fua agnofcunt prægreffas inflammationes locales fubpurantes, peripneumonias, pleuritides, catarrhos inflammatorios neglectos. &c. &c.

Natura febris phthyficæ eft, pus coquere: idem frequenter in inflammationibus fieri conftat.

Et quomodo quæfo coctionem puris continuatam absque nova inflammatione concipiemus? Sanguis phthyficorum labe puris acris inficitur, & ab ea inflammatur, atque in pus verti videtur, una cum folidis, feu vafis fuis. Latera abfceffuum æque inflammata prius effe debent, antequam in pus mutentur, & ulceris amplitudo, profunditas, increfcat. Dein nonne tumor externus, quam-


quamdiu pus coquit, rubet, dolet, calet, tamdiu, donec abſceſſus formatus ſit? verbo & ſub coctione puris inflammatus eſt. Sique pus exitum non habeat liberum, vicina denuo inficit, hæc inflammando, & ſubpurando. Ulcera crurum antiqua hæc luculenter docent. Idem in phthyſicis fieri videtur; pus nempe ſemper coqui, plus minus, pro gradu phthyſeos diverſo, pro anni tempeſtate & viſceris affecti diverſitate. E. gr. in phthyſi hepatica, in peripneumoniis phthyſicorum hyemalibus &c.

Dein pulmones phthyſicorum, eroſi, exeſi quanquam, ſemper ſectori margines abſceſſuum, & reliquam pulmonum ſuperſtitem partem inflammata, exhibent.

Sanguis phthyſicorum quotiescunque extrahitur, plus, minus, ſemper tamen vere, pleuriticus eſt.

Methodus medendi emolliens, mucilaginoſa, ut plurimum proficua phthyſicis eſt. Venæſectio reſpirium eorum facilitat, obpreſſiones, pleuritides eorum tollit. Jam eadem remedia etiam inflammationibus medentur.

In-



Insuper præsentia continua stimuli acris, natura sua inflammatorii, nempe pus;

Denique frequentes adeo veræ, genuinæ inflammationes phthysicorum, & exitus phthyseos quandoque in gangrænam, ultimum robur argumentis dant, phthysim esse morbum inflammatorium acrimoniosum. Continua hinc in phthysicis inflammatio adesse debet, quod priora facile docent. Maxime tamen præsens est, dum miseri universaliter febricitant.

Exempla inflammationum phthysicarum.

Inflammatio peripneumonica, pleuritica, autumnalis periodica phthysicæ. Vide Caput I. §. 3. casum 1mum. Ejusdem peripneumoniam lacteam. Ibidem.

Arthritidem inflammatoriam phthysici. Vide Caput II. §. 2.

Inflammatio anginosa phthysicorum consummatorum, in ulcera pessima vergens.

Hæmoptoe phthysicorum æque ad hæmoptoes inflammatorias pertinet. Prægreditur hanc plerumque dolor, oppressio pulmonum, tussis aucta, febris insurgens &c. &

pro-

profecto, antequam vas perrosum exesum sit, inflammatum prius esse debuit.

Funium rotator Igl. ante biennium os deglutiverat. Sanguis ano ultra medium annum cum alvo fluxit, dein pus. Chirurgus quidam emeticum ei exhibuit, & os dimidium tantum ejectum fuit, quoad reliquum probabilius consumtum. Ab eo tempore vomitus, tussis cruenta & purulenta orta fuit, febris tabida accessit, verbo vera phthysis. Phthysis abdominalis.

Capellanus H***. L***. prædispositum thoracem forma sua ad pulmonum morbos habet. Sæpe ab longiori jam tempore dum tussi vexaretur, sanguinem extussivit paucum, tussi cessante & sanguinis ejectio emansit. Anno præsente diebus quadragesimæ ordinarie concionabatur; at voce adeo clamorosa, ut hæmoptoe ejus cum tussi sicca, thoracis oppressione, doloribus lateris punctoriis recruduerit, cum pulsu forti, celeri. Exemplum hæmophthyseos curatæ.

Duplex venæsectio larga, cruorem eduxit pleuriticum, dolor lateris disparuit; oppressio, tussis valida, sputa sanguinea, permansere. Utebatur mixtura mucilaginoso-nitrosa, decocto emolliente mellito cum nitro; diæta vegetabili, lactea, excarni. Serius

ſputa oriuntur viridia, purulenta, tenuia, cruore quandoque nigro permixta, fœtentia, febris poſt paſtum, de nocte ſudores, præprimis in pectore. Emaciari incipit; oppreſſio, tuſſis, vehementiores. Scopo antiſeptico pulverem corticis peruv., ſcopo inviſcante & oppreſſioni inflammatoriæ medente, pulverem Gummi arabici, conmiſcui, & quater de die doſi conſueta exhibui.

Pro potu, ſcopo diuretico pus eluente &c. nitrum, ſcopo detergente ſaponaceo, mel, & decoctum emolliens cum lacte habuit, & copioſe hauſit.

His jugulantur ſudores & febris. Continuavit corticem in decocto cum lacte, dein lichen, polygalam & herbas aliquas balſamicas ſero lactis incoctas, per multas ſeptimanas pro potu communi hauſit: donec omnis oppreſſio, omnis tuſſis diſparuiſſet, reſpiratione perfecte libera. Corpus denuo nutriri, vigere incipit. Jam & carneis veſcitur, bene ſe habet.

En exemplum hæmophthyſeos curatæ ſaltem pro tempore: at, fuitne vera hæmophthyſis? Signa hujus adfuere. Sputa, febris, habitus corporis, thoracis formatio

&c.

&c. Abfceffus pulmonum tamen vix aderant, fputa enim pauca fuere &c.

Imaginor profecto mihi, fpeciem quandam phthyfeos humoralis fuiffe; in qua fine continui folutione in vafis pus coquitur; quin vafa ipfa in pus mutentur; exfudat hoc, transprimitur, & tuffi excitata fuo ftimulo, ejicitur. Nonne fputa peripnevmonicorum fæpe vere puriformia imo purulenta funt, corpus penes tabefit, & ceffante diuturna expectoratione convalefcunt, pulmonesque fanos retinent. Phthyfis humoralis fine folutione continui.

Seniculi recordor quafi afthmatici, peripnevmonia hyemali, correpti validiffima, cum deliriis &c. Alia humoralis phthyfis curata.

Sputa vere puriformia, fanguinea fœtentia, viridia maxima copia is exfcreaverat per multas feptimanas. Oedema pedum de die in diem increvit, omni nocte febricitavit, deliravit, corpus emaciabatur. Cortex peruvianus cum lichene in fero lactis & oxymelle fquillitico præter fpem eum reftituerunt. Vivit abhinc per unum & medium annum jam fanus.

* Ad phthyfes humorales initio fuo omnes organicæ pertinent. Hæ enim diutif- Corollaria practica.

 fime

ſime per multos annos durant, ægro utcunque valente. Compreſſa pulmonum vaſa cruorem figunt; ſtagnat hic, degenerat, inflammatur, in pus vertitur, exſudat, ejicitur. Dein cum tempore, ſanguine infecto pulmonibus multa tuſſi debilitatis, ſæpe periodice inflammatis, ſolutio continui fit, abſceſſus naſcuntur lethales.

** Methodus ea, quæ antiſeptica, roborantia, mellitis, emollientibus, ſaponaceis, nitroſis jungit, & nutrientibus vegetabilibus, Anglis laudata eſt. Iisdem Cortex per. & lac cum aqua calcis vivæ, celebratur.

*** In phthyſi organica, & aliis, ubi inflammatio validior pulmones afficit, cortex ſolus raro juvat, quin tuſſim pejorat, auget ſiccitatem, calores, reſpirii difficultatem, ſputa ſubprimit.

**** Iunguntur phthyſes ſæpe morbis ſaburralibus, appetitus enim phtyſicorum plerumque viget, tumque omnia mala pectoris pejora fiunt. Curato morbo ſaburrali ſolventibus, purgante antiphlogiſtico, ea denuo meliora redduntur. Vide cap. 1. §. 3. cas. 1.

Pry-

** ** Phthyfes aliæ *falfæ verminofæ, leucophlegmaticæ*, *acrimoniofæ &c.* ad morbos pertinent faburrales. De his in tractatu, feu continuatione fecunda, quæ morbos faburrales fiftet, prolixius agetur.

§. 4.

Inflammationes venereæ huc referendæ.

Febris venerea continua inflammatoria celeberrimis Profefforibus Stollio & Plenckio defcripta. Continua inflammatoria venerea.

Febris inflammatoria ftadii primi gonorrhoici, Todio defignata. Inflammatoria gonorrhoica.

Aliæ locales venereorum phlogofes ex. gr. ophthalmiæ, anginæ, bubones, phymofis &c. &c. Topicæ aliæ inflammationes venereorum.

Phlogofes vulvæ duas tractandas habui Dolor vaginæ acutiffimus eft intra mingendum, ambulatio impoffibilis. Cataplafmata emollientia, venæfectio fi febris infimul univerfalis adfit, decoctum altheæ diacodiatum, lac copiofe hauftum, aut emulfum, linctus oleofus, dein phlogofi maxima pro par- Phlogofes vulvæ.

 te



te discussa lac mercuriale, aut mercurius sublimatus cum gummi arabico in aqua solutus curam curatoriam absolvunt externam. *Vide de his celeb. Prof.* PLENCK *doctrinam de morbis venereis* alia acria mercurialia nociva essent, phlogosesque augerent.

§. 5.

Inflammationes & Phthyses mercuriales.

Febres inflammatoriæ mercuriales.

Viennæ coqua, quæ ab vetula quadam pulveres albos aliquot, probabilius calomel, aut sublimatum continentes, aut plane præcipitatum album, scopo purgante, assumsit, non autem his purgata, tertia post assumtionem die in continuam incidit, cum deliriis, collo toto ingenter tumente, rubro, dolente, fauces, os totum internum ardebant, tumebant, verbo inflammata fuere; metus suffocationis adfuit, pulsus tensus, durus, celer. Venæsectio bis repetita largior, clysmata acria, purgans enim deglutire non potuit, collyria emollientissima, linctus tales cum pauco nitro, eam servavere. Mitigata dein faucium phlogosi per epicrasim purgantibus continuavit, hisque salivationem magnam cohibuit. Flores sulphuris, (quia camphora absque effectu assumta; et balsamica, adstrin-

gen-

gentia reliquias falivationis, & ulcera faucium, linguæ, palati, genarum internarum tollebant.

Eandem ferme febrem mihi videre contigit; at abfque magna topica colli inflammatione in demorfo ab cane rabido pilcario, robufto, pleno viro. Penes prima falivationis conamina validiffime febricitavit, arteriæ ad vifum pulfabant, deliquium, curfitationes, anxietates; fitis &c. *Venæfectio* ad unc. xviij. in pede, *febrim* hanc fopivit. Octava hæc poft morfum die acciderant. An virus hydrophobicum quid contribuit? ignoro.

De methodo gallica antihydrophobica.

Magni viri laudant hanc methodum, mihi nunc dubiam. Tiffotiano more exacte, adcurate, ægrum præmemoratum tractavi. Vulnus infuper mercurio præcipitato rubro infperfo apertum fervatum fuit per 10 feptimanas. Undecima circiter poft morfum hebdomade in itinere hyemali conftitutus, vino prohibito abufus, vefpera ea, qua iræ & potationibus large indulfit, hydrophobiæ primis fignis corripitur, & tertia die morbi hydrophobus Debreczini periit. Ni virus præfens

fuiſſet in corpore, nec vinum, deletum aut extinctum reſuſcitare potuiſſet.

De ſchmuckeriana.

Alium demorſum ſervum Baronis de *** methodo ſchmuckeriana tractavi felicius. Sanus hodiedum eſt, jam anno morſus elapſo.

Firme propoſui, ubi pars demorſa admiſerit, me vivo igne virus impoſterum deleturum, ſi ſtatim poſt morſum accerſitus fuero.

Habitus phthyſicus venereus.

Occurrebant mihi aliquot ægri habitu toto phthyſico, cum ſcabie, ulceribus rebellibus antiquis, quibus mercurialia ſub omni forma, & præparato, nimis diu exhibita fuere. Decocta mercurium eluentia, ut hiſpanicum, althææ cum radice mezæræi, una cum diæta nutriente lactea vegetabili, dein roborantia ut cortex cum emollientibus, externe balſamica plumbata &c. hos reſtituere, ſepoſito, remoto omni mercurio.

* Corticis mezæræi decoctum, cum mercurio ſublimato in eſſentia maſtichina juxta celeb. Prof. Plenk, & interne inſimul electuarium ex extr. cicutæ, aconiti, mercurio ſublimato & roob ſambuci &c. fauces peſſime ulceroſas

ve-

venereas, & cariem offis palati inchoantem, curarunt perfecte.

** Veram phthyfim veneream fe feliciter curaffe, egregius beatus Prof. FELNER, fide honefti viri, narravit, mercuriali unguento nutrici inuncto, & fuctione per medium annum continuata lactis hujus nutricis, in Comite juvene. ***

§. 6.

Inflammatio cancrofa.

Antequam carcinoma aperiatur, fcirrhi dolent, dolore lancinante, pulfante, periodico, fæpe perfecte ad aliquod tempus remittente. Livido rubore fuffufi funt, elevantur magis; adjacentia tumida faciunt: fic fi fcirrhi glandulas fubaxillares occupaverint, manus, brachium intumefcit. Veficulas dein protrudunt, quæ ruptæ ferum fundunt vicina inflammans, ulcerans. Latens chronica per menfes, annum, & ultra hæc inflammatio eft, in carcinomate quafi fepulta. Signa hujûs.

* An methodus quorundam Practicorum laudanda fit? qui ad dolorem carcinomato-

 fum

fum sedandum purgantibus utuntur, intermixtis quidem cum usu cicutæ. Eos scopum obtinere vidi, dolor ad tempus remittit: at nonne purgante resorptio materiæ cancrosæ in carcinomate latentis metuenda est?

Sic & plumbata adplicare cernebam, dum vesicula aperitur, & color sublividus carcinomatis ortus fuerit. Apertio cancri quidem retardatur ad tempus, at an bene, obstructa adstringentibus tractantur? virus erumpere volens, retroprimitur &c?

Spiritum salis ammoniaci æque quidam adplicant in priori casu. Liquidum natura sua stimulans, inflammans, nulla ratione specificum, aut antidotum materiæ cancrosæ. Magni momenti rem, verbo conscientiosam, esse opinor, insidis medicamentis uti in morbo, qui ad hunc gradum evectus absque mora, & retardatione nonnisi cultro tangi deberet chirurgico.

§. VII,

§. VII.

Inflammatio ſcorbutica latens.

Puellam ſcorbuticam pauperem hæmoptoicam curavi. Anno poſt curam elapſo denuo tuſſitare incipit, habitatione humida incluſa, morbumque negligit, & ſubitanea morte obiit. Vaſe arterioſo pulmonum perroſo, & ſub motu corporis penes hortulanas occupationes rupto, ſanguis rivatim ex ore & naribus proſiliit inter moriendum. Jam talem eroſionem absque inflammatione prægreſſa vix concipere poſſum.

Ulcera ſcorbuticorum peſſima, quorum labia putridas inflammationes præſeferunt, æque huc pertinent.

Celeberrimus Prof. Plenck amice mihi communicavit, ſe juxta Hoffmannum ſcorbuticos rebelles pulvere calami aromatici belle curare: ſic etiam cancrum nervoſum (Warzen-Geſchwür-Krebs) ſe feliciter tractare mercurio in ſpiritu nitri ſoluto ſaturate, & in libram aquæ communis guttas aliquot, 20 puta &c. inſtillando, adplicando hanc.

Scor-



Scorbutus febrilis initians æque huc pertinet, is qui acidis vegetabilibus curatur, ut crem. tartari &c. ſed initians tantum; provectior enim ſcorbuticorum febris putridiſſima eſt, corticem p. acida mineralia poſtulans.

§. VIII.

Inflammationes urinoſæ.

Urinam, acre fluidum, retentam, veſicam, uretheres, renes, inflammare, urethram perrodere, ſi caruncula urethræ ejus exitum prohibeat, regurgitatam cerebrum vellicare &c. vulgatum eſt.

§. IX.

Inflammationes varioloſæ & morbilloſæ.

Has, qua febres cardinales, in ſequentibus pyretologiæ continuationibus tradam, ubi & epidemiam ſcepuſienſem varioloſam anni præſentis, dum plura ad hanc deſcriptionem neceſſaria collexero, conſignabo.

Prima variolarum erumpentium febris, ſæpe, & plurimum, naturæ eſt inflammatoriæ.

Se-

Secunda ſubpuratoria manifeſte inflammatoria eſt, tubercula phlogiſtica in pus coquens.

Unius peſſimæ varioloſæ inflammationis hic memoriam injiciam.

In confluentibus malignis, dum exſiccari incipiunt, quandoque reſpiratio brevior fit, ſupremis humeris perficitur, pinnisque narium diductis, & ore aperto, maxilla inferiori anheloſe quaſi mota, ſemper citior fit, ſeu acceleratior, absque tuſſi tamen; inquietudo, anxietates magnæ, oriuntur, pulſus ſemper tenuior, debilior evadit, vires vitæ dejiciuntur, extrema frigeſcunt, & brevi intra 24, aut ſi diu durent, intra 48 horas moriuntur.

Peripnevmonia maligna ſuffocans variolantium, in ſtadio exſiccationis malignarum confluentium.

Absque effectu, SYDENHAMO docente, (in metaſtaſi tali materiæ varioloſæ, emeticum aut purgans, quandoque ſubitaneum ferre auxilium) utrumque adplicare vidi. Simili ratione ab Chirurgo emollientia cum expectorantibus inaniter, incaſſum exhibita fuere.

Veſicantia ipſe absque fructu adplicui, ne veſicam quidem traxere, quanquam emplaſtrum veſicatorium cantharidibus inſperſum,



ſum, & pars ſale & aceto prius rubefacta fuerit.

Vapores aceti, cardiaca, camphoram, opium, ex conſilio, exhibita, ad virus ad ſuperficiem denuo expellendum, æque gratis porrecta cernebam.

Nec cortex peruvianus, nec purgantia intermixta, initio jam exſiccationis exhibita; etiam ab initio malignitatis cortice in uſum vocato, nec aër liber, hoc fatale ſymptoma præpedire potuerant. Venæſectionem rebar fors aliquod medicamen futurum; una balneum emolliens, ſi parentum præjudicia hæc admiſiſſent.

Videtur mihi hæc peripnevmonia ſpecies eſſe catarrhi ſuffocativi, lethalis ut plurimum, in quo ſerum phlogiſticum varioloſum metaſtatice pulmones obruens, transſudat in vaſa pulmonum aërea, membranas ſpurias format, actionem viſceris ſuffocat. Utinam aperire ſimile cadaver mihi licuiſſet!

§. X.

Inflammationes dyſſentericæ impermixtæ.

Theoria. Uti materia catarrhalis pleuritides producere valet; ſic ad inteſtina rejecta enteritidem creare &c.

Co-

Cothurnarius 25 annorum per octiduum, frequenter, torminose, tenesmoide, sanguinea, alba, viridia dejecit. Emetico, mox purgante, ab Pharmacopola exhibitis, evacuatus, una post purgationes vinum rubrum aromaticum hausit.

Vocatus octava morbi die, primas vias quidem puras, at abdominis dolores continuos, validum tenesmum, dejectiones pure sanguineas ferme, regionem umbilicalem, & hypogastrii dextri tumidam, attactum refugientem, sitim, pulsum celerem, plenum &c. invenio.

Venæsectio larga duplex, balnea emollientia tepida, extra balneum cataplasmata similia, gummi arabicum interne, cum pauco nitro, & in clysmate quoque, emulsum, decoctum althææ ægrum restituerunt. Dum intra nychthemerum quater tantum, alvum flavum deposuisset absque dolore: tinctura rhei aquosa exhibita, curam confirmatoriam perfeci.

Dyssenteria, tenesmus hæmorrhoidalis.

Alter civis dyssentericus ut prior, una venæsectione adeo melioratus, & decocto rad. salep. mucilaginoso; ut nil nisi tenesmus supermaneret. Hæmorrhoides turgentes hunc fors aut causabant, aut diuturniorem fecerant;



rant; sanguisugis apertæ, fluebant, & tenesmus simul valedixit.

Dyssenteriæ lacte ebutirato curatæ.

Fide Viri prænobilis narro, rusticos suos, neglecta dyssenteria laborantes (probabilius phlogistica, neglectæ enim tales esse solent, rusticorum præprimis, qui prius eam omnibus spirituosis tentant, antequam alia auxilia assumant) lacte ebutyrato, curatos fuisse.

Dys. glutine Scriniariorum curatæ.

Alterius denuo fide, eos & plures alios, glutine scriniariorum, in jusculo soluto, & hausto curatos.

Dyssenteria nigra inflammatoria pessima.

Pessimæ dyssenteriæ inflammatoriæ hæ sunt, quæ sanguinem quasi nigrum dejiciunt; plerumque pereunt morte gangrænosa; etiam dum morbus in melius verti videtur, vix fidem adhibeas, inopinate symptomata gangrænæ adsunt, & æger ruit in lethum inevitabilem. Accidisse scio hoc in seniculo, dum alvus jam flava, naturalem habitum induisset.

Jam Hippocrates suum morbum nigrum, lethalem declaravit.

Dyssenteriæ inflammatoriæ complicatæ

Dyssenteriæ inflammatoriæ sinceræ impermixtæ rarissime occurrunt; complicatæ autem eo plures, cum saburra biliosa, putrida

trida, verminoſa, acri, inflammante, de quibus ſequens §phus agit.

§. XI.

Inflammationes ſaburrales, bilioſæ, verminoſæ, putridæ, peſtilentiales.

Sequenti ratione ſaburralem, putridam inflammationem concipio.

Theoria originem, explicationem inflammationum talium exhibens.

Vel ſaburræ moles premit &c. & effectus plenitudinis producit.

Vel acris jam, ſolida primarum viarum ſuo ſtimulo irritat, reſorpta ſanguinem & vaſa ſtimulat.

Vel vermes inteſtina rodunt.

Vel ipſa febris ſaburralis, remittens, ſimplex, ob plenitudinem, aut aliam quandam acrimoniam, præſentes, corpus jam ſic ad phlogoſim prædiſpoſitum; incendit.

Vel per nervos, inexplicabili ratione, agit.

Vel metaſtatice deponit virus ſuum, & mala plenitudinis, & acrimoniæ topica, ſeu

vis, ſtimuli prementis, ſtimulantis &c. exſerit.

Vel accedit perfrigeratione ſerum acre inflammans, ſeu epidemia catarrhalis phlogiſtica ſe jungit ſaburræ, & phlogoſim generat.

Vel aſſumta ſpirituoſa, ſtomachica, aromatica, ut ſolitum eſt, aut etiam draſtica purgantia, inflammationes ſaburra laborantibus cauſat.

Vel ipſa ſaburra neglecta in acre, volatile, putridum liquamen degenerat, inflammans.

Vel æſtuoſum cœlum, malis ſaburræ accedit &c. &c.

Phrenitides bilioſo-inflammatoriæ.

Fabrum ferrarium harhovienſem robuſtum virum advexerunt mihi L***m. de diabulo varia differentem, de ſalute ſua deſperantem, mox furentem, fugam capere volentem, & alia ſimilia &c. clamantem, vinum vi expetentem &c.


Anam-

Anamnesis hæc fuit.

Ab aliquo jam tempore dispositione is laboravit æstivali biliosa; os amarum, vomiturітiones, pituitæ salsæ, amaræ in faucibus collectionem matutinam, nocturnam potius, at mane se exserentem, appetitum amissum, sensit. Hunc cremato amaro, vino, pipere aliisve stimulare, excitare voluit. Labores insimul ejus duri calefacientes cœlo sub æstuante fuere, & copiosi, ruri & domi suæ. Accessit terror panicus, dum in territorio dominali vetito ligna in carbones ureret; ab custodibus sylvarum visus, & persecutus. Fuga tum sibi consuluit, at cursu celeri denuo humores exagitans. In salvo existens terroris solamen in vino quæsivit. Sic phreniticus in popina factus.

Facies turgebat, sublivida quasi, attamen flavescens, vel viridescens potius, circa labia, nares, oculos.

Frons arsit; oculi non describendi atroces, hinc inde voluti. Somnus nullus; pervigiliæ. Lingua villis flavis, albis obsita tota quanta, fœtor oris. Regio epigastrica tensa, sub attactu rudiori dolens, alias non. Pulsus durus, fortis, celer. Typus febris con-

tinuus cum pomeridianis, nocturnis exacerbationibus.

Venæsectio unc. xij. Mixtura ſalino-acida, potus ſolvens cum acidis, ex radicibus; ad abdomen cataplaſma. Secunda die priora & venæsectio.

Tertia emeticum validum ex tartaro emetico in infuſo Ipecacuanhæ. Poſt vomitum dormit, evigilando denuo inſanit, at mitius. Vomuit fœtida, viridia, quaſi bilem æruginoſam, & pituitoſa, pulſus mollior parum. Mixtura ſalina & decoctum ſolvens acidum eadem die reſumuntur, & ſequenti die continuantur, purgatur his eccoprotice, nox quieta magis.

Quinta die denuo emeticum, poſt quod ad ſe rediit, omnium primo de debilitate, & gravi morbo lamentatus. Continuavit uſum ſalium in decocto cichorei amaro, aceto inſuper inſtillato, & perfecte convaluit.

Alia phrenitis bilioſo-inflammatoria.

Juvenis 16 annorum tyro pellio per tres ſeptimanas cephalalgia, & oris amarore, appetitu dejecto, affectus, neſcio, quibus uſus ab alio Medico; tum me cum patre accedit. Ordinavi mixturam ſalinam oxymellitam, & deſuper emeticum. Poſt vomitus melius ſe

habuit

habuit, cephalalgiæ vehementia fugata, me amplius non accedit, quanquam juſſus, conſtitutus fuerit. Laboribus ſui opificii apud herum ſuum occupatur, indulget appetitui, unum aliudque poculum vini qua pincerna domini ſui probabilius hauſiſſe videtur. Octiduo elapſo mater lacrymans me vocat, narratque filium ante biduum cephalalgia quavis hora increſcente correptum fuiſſe, miſerumque adeo in præſens furere, ut induſia, lectum laceraret, ejularet, hosque paroxysmos periodice redire.

Prima die cremor tartari ſolus in aqua cum ſaccharo, ad unc. j. hauſtus & venæſectio. Secunda emeticum, & poſt vomitus denuo cremor tartari ut heri.

Tertia die cremor tartari continuatur, æger purgatur.

Quarta pulſu inſurgente, & delirio vehementiori venæſectio, & poſt hanc ſtatim emeticum; poſt hæc mitis murmuratio, ſomnus per intervalla. Continuat cremorem tartari, purgatur aliquot diebus, ſub his purgationibus ad ſe rediit, convaluit: ſcopo curæ confirmatoriæ tinct. rhei aquoſam cum elix. viſcerali & arcano duplicato aſſumpſit.



Aphtæ vermino-so-putri-do-gan-grænosæ.

Infans 7 annorum ex aphthis verminoso-putridis per aliquot septimanas neglectis intra 24 horas sphacelo genarum & oris, turpissimo spectaculo, periit; his ultimis horis (omnibus antisepticis potentissimis, ex acidis mineralibus, cortice peruviano, camphora, vino &c. in vanum tentatis), mihi sphacelo præsente adlatus fuit.

Non omnes casus recensebo morborum similium ex saburra & inflammatione complicatorum, mihi visos, curatos; farrago esset: quavis æstate, declinante vere, autumno, hyeme quandoque epidemice regnant. Aliquorum titulos tantum marginales e libro meo casuum extractos consignabo, ad facies diversas horum sistendas. Quosdam tamen contracte, breviter recensebo.

Continua verminoso-plogistica.

Delirium, febris continua, jactitationes, vomitus, abdomen tumidum tensum, in puero verminoso, qui insuper incongrua varia assumsit. Curatus narium hæmorrhagia spontanea, & purgante constante ex hydromelle infantum, pulvere contra vermes, & sale polychresto; pro potu limonada.

Pro-

Professori J***. febris inflammatorio gastrica, delirium, abdomen tumens, dolor epigastrii, hypogastria inflata dolentia; ructus putridi, fœtidi, deliquia &c. venæsectione, clysmate, antiphlogisticis purgantibus curatus. Primum clysma, nitro acuatum copiam putridorum ovorum eduxit, quibus aliquot diebus ex peculiari appetitu vescebatur; curam perfectam rheum cum amaris absolvit.

Inflammatoria gastrica saburra turgente.

Pistoris uxor pinguis fæmina, saburra biliosa turgente, ructibus, vomituritionibus, sapore nauseoso, lingua spurca, una plethora, animi deliquiis, scintillatione oculorum, artuum stupore, verbo, prodromis apoplexiæ, adfecta: venæsectione larga pedis, & statim post hanc emeto-cathartico restituta est.

Prodromi apoplexiæ ex saburra turgente & plethora conjuncta.

Erysipelata capitis, faciei hyemalia, aut etiam æstivalia juvenum, robustorum, amatorum spirituosorum &c. plura mihi occurebant, cum febre continua exacerbata validiori; curata venæsectionibus cum purgantibus antiphlogisticis, pulposis, acidis, salinis &c. in his diaphoretica stibiata lethum adferrent; dum saburram & phlogosim pro causa agnoscant.

Erysipelata ex saburrali phlogistica.

Febris erysipelatosa faciei maligna, id est putrido-inflammatoria, cum thoracis, cerebri affectione, in corpore cacochymico.

Spectabilis S. de G*** 61 annorum a multis annis pedes ulceratos, oedematosos, lepra squammosa quasi obductos gessit, æstate ulcusculis sponte sua collapsis. Eadem tota æstate per vices non appetiit cibum, frequenter sanguinem nigrum extussitavit, a procul os ejus fœtebat intollerabili fœculento putrido fœtore, dentibus non infectis.

18 Septemb. prima vice advectus invenio ægri faciem ingenter tumidam ex rubro lividam, vesiculosam, bullatam; delirantem per intervalla taciturne, & commatosum quandoque, halitum fœtidissimum, ructus tales, linguam inpurissimam, tenacem flavam pituitam inter dentes, in palato, faucibus, lingua, cibi nauseam; alvum, urinam inconscie missam, tussim cum exscreatione pituitæ crassæ fœtidæ, calorem corporis urentem, pulsum fortem, durum, celerem, motus omnis arbitrarii impotentiam.

Venæsectione præmissa sanguinem phlogisticum educens, exhibui mixturam salinam cum oxymelle, & pro potu oxysaccharum cum aqua.

17ma. Emeticum, ter vomuit fœtida, pituitosa, flava, viridescentia parum, aliquoties, quater puto, dejecit.

18va.

18va. Præfentia animi, petit ad matulam, faporem amarum fœtidum ipfe conqueritur, lingua femper fpurca, pulfus fortis, durus. Ordino levem venæfectionem, & purgans ex tamarindis, manna, cremore tartari, arcano duplicato, oxyfaccharum in potu; facies parum detumefcit. Circa vefperam facies denuo livet, multum tumet; delirat, refpirat difficilius, vehementius tuffitat.

19. Mane advectus, venæfectio levis, purgans continuatur. Sanguis adeo pleuriticus, ut ne guttam feri contineret. Dejecit quater, iterum apte loquitur.

20. Delirium continuum, facies femper tumida, refpiratio ftertorofa, fputis os, fauces pleni; adhærentibus fpiffis, lingua tumida; reliqua ut prius, nifi pulfus intermittens. Veficantia adplicantur furis.

Locus veficantium parvam veficulam exhibuit, frigus extremorum, refpiratio anxia, pulfus inæqualis, at plenus, fatis vigens adhuc. Indicatione tamen vitali facta camphora, ferpentaria, contrajerva &c., & fcopo fputa incidendi elixir afthmaticum, vapores aceti: prognofis lethalis: poft meridiem mors gangrænofa.

Ophthalmiæ curatæ venæfectione & purgante huc pertinent.

Febres dentientium cum acido complicatæ, aut caſeoſa - rancida ſaburra eum convulſionibus ſuis.

Hæmorrhagia narium plethorico - ſaburralis profuſa C. M. *** Orta hæc periodice cum ſymptomatibus ſaburræ & plethoræ: venæſectio, purgans & poſt hoc acidum vitrioli, vinique abuſus vitatus, eum curavere.

Anginam, *tuſſimque* vetulæ *ſubpleuriticam* ex inflammatoria ſtomachicam ſanavi duplici venæſectione, uno emetico, & purgante eccoprotico continuato.

Aliam anginam naturæ ejusdem, at copia majore bilioſæ ſaburræ, poſt venæſectionem, emetico.

Anginæ ſcarlatinoſæ eandem methodum deſiderant. Semper ferme ex inflammatione ſaburrali originem ſuam trahunt: unius verminoſæ ſcarlatinoſæ anginæ recordor, abſque venæſectione, emetico & purgantibus anthelminticis dein ſanatæ.

Faber murarius pleuritide laborans ex inflamatoria - gaſtrica reſtitutus eſt, duplici venæſectione, & uſu per triduum continuato emol-


emollientium nitroforum, donec lateris phlogofis difparuiffet, id eft dolor pleuriticus, dein emetico & folventibus.

Puer 8. annorum metallifofforis filius ante aliquot feptimanas hyeme anginofus decubuit, ab chirurgo curatus. Poft duos menfes in Aprili remittenter valide febricitat, delirat, tuffitat, difficulter refpirat, latus dolore punctorio cruciatur, figna faburralia, verminofa adfunt: venæfectio, ferius emeticum; & purgantia anthelmintica cum oxymelle fquillitico &. decocto emollienti, ægrum fanarunt, vermibus pulfis. Pleuroperipnevm. inflamm. verminofa.

Piftoris filiola 7. annorum per aliquot jam annos vermes nutrit, quos mater fubinde pulvere femen cinnæ expellit. 15. Maji nil appetit, friget, calet remittenter. Febris verminofo-fubinflammatoria cum hypog. & epigaftr. affectione.

16ta Eadem.

17ma Vocatus; narrant, totam priorem noctem infomnem, fub fudoribus continuis exegiffe, caput dolet; genæ rubent, lingua albefcens, refpiratio difficilis, dolor lateris finiftri tumidi, attactum tamen ferens, tufficula, alvus a biduo fubpreffa: prima morbi die 3 teretes cum alvo fponte elapfi. Dolenti lateri cataplafma anthelminticum rofenfteinianum cum pulver. myrrhæ & aloes



in bile taurina incoctum adplicui. Purgans & antiphlogisticum & antiverminosum propinavi. Post 10 dejectiones surgit, nil conqueritur, vermibus aliquot pulsis; reliquam dispositionem verminosam methodo untzeriana delevi.

Colica enterico ingluviosa, & verminosa.

Filiolus Domini Perill. B. ætate adhuc tenera hernia laboravit inguinali, nescio quibus remediis curata. Medio circiter Januario anni præsentis in convictu nobilium L. copiam magnam brassicæ ingerit, nocte insequente hanc ingluviem, respiratio anxia, suffocationis metus, dolores pleuritici, febris, abdomen intumescens. Accedit perfrigeratio, levissimo enim tegmine tectus erat in cubili vix calefacto, nocte frigidissima. Binis insuper vicibus lecto excidit, ad latus dextrum. Traditus fæminæ, quæ ei decoctum prunorum & foliorum sennæ hauriendum præbuit. Secutæ sedes duæ cum levamine & copia ascaridum.

21. Januarii meis tradebatur manibus, capite dolens, febre cum continua, lingua albo muco obsita, abdomine tumente, hypogastrio dextro toto duro, attactus vel levissimi inpatiente, incessu curvo, antrorsum in-

Inclinato corpore tantum poſſibili, doloribus colicis, ferme continuis, alvi obſtructione; reliquis naturalibus. Concludo, vim hypogaſtrio per lapſum e lecto duplicem illatam, inteſtina vero reliqua ab ſaburra, ex prægreſſa ingluvie nata, ſimul verminoſa, diſtenſa eſſe phlogiſtice; verbo, morbum eſſe enteritico-ſaburrali-verminoſum. Scopo, occurrendi omnium primo inflammationi inteſtinali, ſeu colicæ enteriticæ, ordino in decocto emollienti mannam diſſolutam, cum pauco nitro, clyſma emolliens oleoſum cum pauco ſale gemmæ & thomæo ſaccharo, bis de die adplicandum, ad abdomen cataplaſma emolliens lacteum cum ſapone veneto. Utebatur æger his biduo cum levamine, attactum ferre incipit, febris mitigatur, abdominis tenſio reſidere incipit. Hac nocte inſequente tegumentum, cataplaſma in ſomno dejicit, corpus perfrigerat, priora, mane recrudeſcunt. Continuat ideo iisdem remediis & 23tia hæmorrhagia narium ſponte oritur, & ſic phlogoſis inteſtinorum quoad maximam partem ſolvitur. Pomeridie clam paſtam pinguem comedit. 24ta phlogoſis inteſtinorum, tenſio vix ulla, attactum fert rudem ubique. Lingua tamen impurior, fœtor oris rancidus, febris remittens, veſperi & nocte

mul-

multum gravior, ructus rancidi, appetitus dejectus, flatus. Ordino in electuario pulpas, mannam, fal amarum, fyr. folutivum, & fcopo antiputredinofo faburrali, & antiverminofo, limonadam copiofam; metuebam enim febris faburralis tranfitum in putridam. 25. Idem purgans diffolutum in fero lactis cum cremore tartari parato, adhibetur. 26. omnibus continuat. Quavis die 6. 7. purgatus, fœtidiffima, mucofa excrevit, quin vermes alii, præter afcarides, confpicerentur; hac 26ta ob fedes nimis crebras medicamen feponitur. 27ma ob dejectiones fpontaneas continuatas, pulfuum tenuitatem, debilitatem, ordinavi præparata menthæ cum laud. liquid. gutt. viii., quatuor cochlearibus diarrhæa debilitans fiftitur. Alia die furgit, appetit, convaluit absque alio medicamine.

Peripnevmonia inflammatorio-gaftrica recrudefcens.

Artifex chalybearius habitus athletici vir, venæfectionem confuetam per triennium negligit, ab aliquo tempore inmodico labore occupatus. Obpreffionem pectoris, inpoffibilitatem in pectus finiftrum decumbendi, anxietates, tuffim ficcam, fitim, confufiones mentis, oculis claufis, adpetitum infuper deletum, amarorem, ructus, vomituritiones, linguam obfitam, febrem conti-

nuam

nuam cum exacerbationibus, exhibuit mihi. Per quatriduum totus adparatus antiphlogiſticus adhibitus, inminutis pectoris malis, emeto-cathartico multum levatur. Se ex toto ſanatum exiſtimans reponit medicamina, duroque ſuo labori denuo indulget. Aſt poſt octiduum recidiva pejor, periculoſior, contigit. Plures modo venæſectiones, omnia alia antiphlogiſtica, & expectoratione ſemel, neſcio quo errore, cohibita, veſicantia, morbus poſtulavit. Diarrhæa æque per emollientia, nitroſa, aliaque expectorantia remedia, orta, ægrum multum levavit. Curatus perfecte poſt luctam aliquot ſeptimanarum.

Puerum pauperem *ex pleuritide milliari, abdomine turgente*, venæſectione & dein emetico, ac continuatis purgantibus ſanavi.

Dom. V**. Notarius *** febri initio catarrhali inflammatoria pulmonum, graviter ſub deliriis decubuit: ſerius caterva ſymptomatum ſaburralium adparuit, diſcuſſâ jam methodo antiphlogiſtica generoſa pleuritidis vehementia, diarrhæam ſpontaneam purgantibus lenibus juvi, & convaluit.

Pleuritis catarrhalis inflammatoria, cum ſaburra.

Vi-

Comma, respiratio peripnevmonica phlogiftica & faburralis.

Viduam Judicis L. fenem commatofam cum refpiratione gravi decumbentem, venæfectione una, & purgantibus continuatis juvi. Caufa morbi venæfectio diu confueta neglecta, & faburra magna copia ventriculum & adjacentia onerans, fuit.

Tuffis a 30 annis fcrophulofa; accedens hepatitis inflammatorio-biliofa.

Coquus M***, vinofa, & mulfum plus in deliciis habens, quam fercula fua, tuffi ficca jam a 30 annis laborat, probabilius fcrophulofa &c.: plures ei mortem phthyficam præfagiebant falfo præfagio; nulla purulenta, fed grandines pituitofos extuffitat, nec febricitat.

Initio veris frigidi dolorem queritur pungentem hypochondrii dextri, febrim continuam, fitim: pulfus fortis, celer eft, tuffis aucta fibilofa, ficca, oculi icterici, lingua flavo muco obfita, amaror oris, os fœtet, alvus fluit. Venæfectio larga, & reliqua *antiphlogiftica acefcentia* præprimis, triduo continuato levamen hepati, & pulmonibus adtulerunt, icterique difparitionem inchoantem; fordes oris eædem. Emeto-cathartico tum ufus, toto dolore hepatici evanefcente, febrique, quæ ex continua jam fecunda die poft venæfectionem in remittentem tranfivit, jugulata, quinta morbi die le-

ctum

ctum deferuit, & continuato ufu decocti amaricantis cum fale & tinctura rhei, potuque acefcente brevi ab morbo fuo convaluit pofteriori.

Tuffis tamen antiqua ea manfit, quæ prior fuit, nec unquam curabitur, quia æger potationes fuas habituales nunquam intermittit, indulfit eis vix ab hoc morbo enarrato curatus.


Icterum juvenis viduæ manifefte faburralem ex mœrore, mortui mariti, primas vias dejicientem, ortum, folventibus faponaceis cum fale ammoniaco & acefcentibus tractavi, emeticum tum adhibui cum morbi levamine. Poft aliquot dies recruduit morbus at fub forma hepatitica: venæfectio, emollientia nitrofa eum fanarunt.

Icterus initio faburralis, purus, dein hepaticus.

* Caufa hepatitidis nafcentis fors faburra prius reforbta, & emetico mota, aut alia caufa mihi incognita accedens, vel venæfectio in fæmina plethorica, ante emefim intermiffa fuiffe adparet.

Infans aliquot dierum viridia, meconio mixta excernit pauca; convellitur, fub convulfionibus erumpunt milliaria alba, abdomen

Enteritis gangrænofa neonati ab acido & meconio retento.

men tympanitice tumet, maculæ lividæ in eo, & dorſo conſpicuæ ſunt, ſic reperi infantem in prima viſitatione; prognoſin lethalem formo, & poſt duas horas moritur.

Dyſſenteriæ ſaburrales - inflammatoriæ frequentiſſime occurrunt, aut ob anni tempus phlogiſticum, ſerum autumnum; aut ob ſaburram neglectam, acrem factam; aut ob ineptam medelam calidam, aromaticam, ſpirituoſam; aut ab initio dum pura ſaburralis ſit, neglectum emeticum, curavi plures medela ſumme mucilaginoſa tepida, venæſectionibus, balneis, loturis inteſtinorum emollientibus & diſcuſſa phlogoſi pro rerum circumſtantia vel purgantibus ex tamarindis in ſero lactis, manna, &c. vel emeticis, & dein rheo, aliisque indicatis. Relego lectorem benevolum ad *tertium Magni* STOLLII *Tomum rationis medendi*, ubi ea multo accuratius depicta inveniet, ac ego depingere poſſem.

Caſum unum ſolum adferre adhuc mihi liceat dyſſenteriæ.

Dyſſenteria putrido-enteritica gangrænoſa

Sodalis funium rotator ante triennium ex febre intermittente neglecta cum induratione lienis

lienis & pedum hydrope, decubuit, ſanatus ab febre & hydrope, aliquo tumore ſubduro regionis lienalis permanente.

Decembri anni 1779. denuo peregrinatur, ac ex abuſu lardi vomiturit, in cremato ſolamen quæſivit. Diarrhæa orta, æque cremato, & aliis incongruis tentabatur, accedunt tormina, teneſmus, fæces cruentæ.

Quatuor ſeptimanis his vexatus, domum medio Aprili vehitur, ſæpius aquis madefactus; cremato vitam adhuc conſervaſſe ægrum, auriga narrat. Iter hoc per 7 dies tempeſtate pluvioſa duravit. Ad advenam me advocant, reperioque ægrum macrum, genis rubentem, præſentem ſibi per intervalla; reliqua flaveſcentia; os, nares, linguam in apice rubram, in medio cruſta ex flavo nigreſcente obſitam, in radice, & fauces ſimul excoriata, deglutitionem impeditam, fœtidos ructus & ſpiritus, ſitim, in pectore ſtrepitum absque ſputis & tuſſi, abdomen totum meteoriſticum, attactum refugiens, continuo dolens, maculas circa umbilicum, & coccygis os, cæruleſcentes, dejectiones torminoſas, teneſmoidas, ex nigro-ſanguinolentas, fœtentes, æruginoſas, pedes ad genua hydropicos. Rem conclamatam ajo, conſilium peto. In primo conſilio propoſuit

ſenior Medicus (quippe cujus prudentiæ ordinationem commiſi) ſerum lactis aluminoſum, clyſmata ex lacte, quod ſerum æger ob tubum alimentarem excoriatum ardentem, dolentem, & colicos dolores auctos recuſat.

Cereviſiam indulſit ægro petenti tenuem ob aerem fixatum in ſe habentem, quam autem ob copioſiores dejectiones reponere coactus, loco ejus decoctum malthi ordinat.

Veſperi ſingultus, dejectiones perſtant, reſpirium parum levatum, de nocte delirium, vires vitæ dejectæ.

Secundo in conſilio antiſeptica ordinantur, cortex peruvianus, arnica cum rheo toſto, camphora. Rheum toſtum ob alvum frequentiorem reponi debet pomeridie; plus ſingultit, maculæ fiunt ampliores.

Tertio meteoriſmus parum ſubſidens inventus, at maculæ ampliores, continuat priora, & vinum indulgetur; inſimul abdomini herbæ omnes odoratæ vino & aceto incoctæ adplicantur. His continuatur.

Quinta curæ die dolores lateris punctorii, reſpiratio difficilis, ſingultus crebrior.

Sexta fœdationes lecti inſciæ: reliqua ut prius, fœtor cadaveroſus, ſequenti mane moritur.

Se-

Sectum cadaver inteftina gangrænofa, lien folito majus, hepar compreffum parvum, pulmones inflammatos, veficæ urinariæ membranas craffiores exhibuit.

Studiofus æque ex dyffenteria putrido-inflammatoria, initio neglecta, dein ab vetulis aromatibus, theriaca, vino tractata, mihi periit; alia fub methodo, ac in cafu priori, emollientiffima, cum una aliave venæfectione &c. &c. gangræna inopinata fupervenit, & intra aliquot horas ægrum proftravit.

Pauperes infantes duos ex neglecta, verminofo-putrido-enteritica febre perditos fectioni fubjeci: uni eorum inteftina a vermibus perforata reperii.

Rheumata, aut arthriticæ febres ex faburrali phlogifticæ ad hanc morborum claffem merito referuntur.

Unius memoriam injiciam fpecialioris memorabilis rheumatis, gravis, rebellis artuum & abdominis poft vulnus capitis & apoplexiam traumaticam cum vomitu æruginofo. Venæfectiones, clyfmata, frigida ad caput ægram ad fe reduxere; at rheuma nec purgans, nec emeticum fero tentatum, nec

 flores

flores arnicæ, quæ vertiginem inminuebant, tollere poterant, amaror & rheuma rebellia fuere. Decocta dein solventissima, & balnea tardius malum solverant.

Practica corollaria.

* In his enarratis inflammationibus primo semper inflammatio curatur; dein emesi, purgante, saburram putridam; viribus antisepticis prius refectis, evacuamus.

** Limen invenire inter inflammationes & saburram, bilem, putredinem; id est, scire, dum methodus antibiliosa, antiputrida inchoare debeat, difficilius esset, ni in tot ægris eruditi fuissemus, nempe

Dolorifica sensatio dum inminuitur, cessat.

Febris, dum typum mutat, ex continua remittens fit.

Symptomata biliosa, putrida, dum inflammatoriis prævalent, oris, ventriculi, urinæ.

*** Delirium horum complicatorum validius observavi, ac sincerarum aliarum inflammationum.

**** Pestilentiales inflammationes Auctores commemorant, dum quandoque in peste,

hye-

hyemali præprimis, phlebotomiam celebraverint; dein nonne tam facilis gangrænefcentia bubonum, anthracum peftilentialium inflammationem putridam præfupponit?

CAPUT TERTIUM.

De ftimulorum mechanicorum inflammationibus.

§. I.

Febres, topicæ, & univerfales, dentientium, phlogifticæ.

Origo harum eft ftimulus tendens, diducens, & laboriofa in dentitione premens, lacerans, perforans, vulnerans, gingivas; humores, ferofos acres præprimis, inflammantes, majori copia, ad locum irritatum, & vicina adjacentia, proliciens. Caufa.

Acre inflammans hoc ferum effe docent: ejus effectus, fub fymptomatum claffe enarrandæ.

Duplici aut triplici ex caufa, acrimoniam illius feri concipio:

Vel, quod lege ea naturæ æviterna, ubi ſtimulus, illuc adfluxus : humores acres, alia per colatoria evacuandi, e. gr. perſpiratione, urina, &c. illac invitentur.

Vel, quod per ipſam febrem dentientium inflammatoriam, univerſalem quidem quandoque, humores agitati, degenerent, in ſerum tale phlogiſticum acre, inflammans, pro parte aliqua, minimum.

Vel denique, quod alimenta prius primis viis contenta, aut in præſenti ingeſta, hac eadem febri, & ſero acri in ventriculum depluente, æque inficiantur, mutentur, degenerent : e. gr. dulce lac matris ſuctum, in acidam, caſeoſam, pituitoſam, rancidam ſaburram, acrimoniamque, reſorptam, & ad os internum delatam.

Symptomata.

Signa dentitionis opus annunciantia, concomitantia, ordinaria, ſtadii utriusque; nempe unius, dente ex oſſe maxillari emergere incipiente, alterius dente mole aucta, aucto ſuo diametro, in gingivas vim ſtimuli inflammantis, exſerente; ſunt ſequentia.

Sexto, ſeptimo, decimo ætatis menſe, & nonnunquam tardius paullulum, circulus albus in regione gingivæ ſuprema exteriori conſpicuus fit, dein gingivæ rubent magis,

dolent,

dolent, tument, os totum internum calet, quandoque fervet, halitus difficili in dentitione quaſi igneus eſt, & genarum ea regio, quæ denti erumpenti proxima eſt, aut ſubinde tota plaga genarum, ſolito magis rubet, calet, & ſubinde tumet; vox anginoſa, obtuſa, aſpera naſcitur; deglutitio impeditur; ſaliva fluit, pulmones tuſſitant, ventriculus contenta vomitu, inteſtina diarrhæa rejiciunt: hæcque omnia ob ſerum acre, nervos irritans, vaſa inflammans, ex tumidis, phlogiſticis glandulis ſalivalibus, tonſillarum, veli penduli, aſperæ arteriæ, œſophagi, exſudans, & deſtillans; oculi quandoque lacrymantar, nares ſtillant; inſuper dentientes plorant, anguntur, ex ſomno ſubito excitati, clamant, ſpaſmodicé unam vel aliam corporis partem movent (zücken) & graviori dentitione delirant, commatoſi, phrenitici, hemiplectici evadunt, convelluntur; tubercula gingivarum interim increſcunt, apicem den is digito, tactui percipiendum exhibent, erumpenteque dente, ni novus ſimul, vicinus, protrudatur, omnia diſparent. Primo in ſtadio, dum dens ex oſſe maxillari prorumpit, & linea alba gingivæ id indicet, infantes digitos, res omnes alias, quibus manibus potiri queunt, ori imponunt, volvitant, rodunt,

mordent; idem & in fecundo ftadio, facili, lenta fub dentitione, ubi dens fucceffive increfcens, lente vafa diftendit, partes diducit, & tubercula ideo non magna, non multum phlogiftica funt, facere foliti. At in gravi, operofa, omnem gingivarum attactum fugiunt, vel cochlearia ea, quibus cibus, vafa, quibus potus ipfis adamatus, e. gr. lac, porrigitur, averfantur, removent, & ea videndo prævie jam lamentantur, flentque, faciem avertunt, os vi claudunt &c.

Cura. Princeps remedium eft, alvum fluentem facere, aut fervare, revulfivo fcopo; id quod clyfmata, purgantia præftant.

Alia non minus neceffaria funt, balnea pedum, aut potius femicupia tepida lactea, quibus inferiora & abdomen emolliuntur, acre ferum reforpta balnei parte diluitur, avellitur.

Potulenta tepida, emollientia, phlogofi, irritatis nervis, & fero acri medentia.

Hirudines poft aures, phlebotomiam, valida oris phlogofi, aut topica capitis ple-

nitu-

nitudine ob raptum humorum versus hoc, stimulo dentis causatum.

Nervea dein, spirit. corn. cerv. at cum emollientibus tepidis, narcoticave, nervis sero acri irritatis, & remediis prioribus enarnatis antiphlogisticis jam praemissis, alias, corpore pleno, phlogosi valida &c. certo nocebunt.

Ad gingivas dura, glabraque adfricta, adpressis gingivis contra dentes; ni tubercula nimium doleant, tumeant: alias dolore sic aucto convulsiones merito metuendae. Eodem fine auctores adstringentia linimenta commendant. Tuberculis vero multum phlogisticis emollientissima, gingivas relaxantia, inungimus, denique incidimus tuberculum dente jam digito tangibili.

In dentitione complicata cum pituita infantibus adeo frequenti, vomitum cies, aut alvum fortius duces; at vomitus erit melior, phlogosi non valida, sopita. Purgans Ill. Harrisii ex rheo & absorbentibus acido praesente dabis; quandoque huic aliquot grana nitri, aut guttas terr. fol. tart. addidi, & in syrupo apto exhibui, effectu egregio.

Pauci



Pauci jam ſequuntur caſus.

Plurimos infantes vel cum coryza, vel tuſſi leviori, aut diarrhæa moderata, aut ſalivatione, levique febricula, facile dentientes vidi. Diarrhæa ſpontanea maximum, naturæ ſibi ipſi medentis, juvamen eſt, ferme omnes facile dentitionem ſuperaſſe vidi quibus alvus moderate fluxit.

Tumor palpebræ ſuperioris inflammatorius dentientis.

In puero 7. menſium dentiente, eadem in parte, ubi dens erumpere conabatur, tumor natus fuit palpebræ ſuperioris inflammatorius, ex tarſo penes cilia pus exſudavit, & tumor diſparuit.

Tuſſes ſubperipnevmonicæ dentientium.

Tuſſes quandoque validiores dentientium ſputis, ſeu potius expectoratione terminantur; at infantes ſputa deglutiunt, & tum ni ſponte bene purgentur, evacuandi deorſum.

Dentitio initio cum ſaburra acida, caſeoſa, rancida complicata, dein phrenitica, hemiplectica, convulſiva

Infans 9. menſium, puer turgens humoribus & carne febricitat remittenter (quod attactus corporis, color faciei, inquietudo, reſpirium acceleratum, docet; pulſum vix, aut raro, tangiab ignoto patiuntur) anxie reſpirat, tuſſitat, clamat, alvus viri-

viridis, caseoso-pituitosa est, ab aliquot septimanis. Crusta ejus lactea, qua totus quantus obsessus fuit, ante aliquot dies sponte sua, successive exsiccata. Gingivæ tument, calent, nares parum seri stillant. Ordinavi clysma salitum emolliens; per os ingero, magnesiam muriæ, aliquot grana nitri, pulverem rhei, in syrupo mannato; utitur biduo, purgatur, at lingua obsessa muco albo permanet; ructitat, vomiturit; exhibui emeticum ex infuso ipecacuanhæ saccharato, vomuit viridia, caseosa, nocte insequente bene dormit. Tribus abhinc diebus se bene habuit rarius tussitavit, alvus naturalis.

Quarta post emesin die multum denuo calet, rubet tota facie, tussis sicca increscit, gingivæ fervent. Alvus flavescens naturalis. Purgans prius ordino, infuso-decoctum emolliens, ad gingivas mucilaginem mellito-nitrosam, sexies purgatus, quietus fit, ludit &c.

Biduo post 8. Julii denuo febris insurgit, priora resumuntur, & ad pedes sanguisugæ.

9. Julii melius parum se habet.

10. Jul. commatosus jacet, post aures sanguisugæ, purgans continuatur, magis acuatur, omnibus his melioratis triduo utcunque se habuit, apetiit mammas, quiete dormivit,

per

per vices lusu vario lætabatur. 14. Jul. ex itinere redux, puerumdelirantem, facie tumentem, inflatum, oculos volvitantem quasi rubore suffusos, uno tramite diu noctuque clamantem reperio; os clausum at spiritus naribus emissus fervidus: hirudines circa venas jugulares adplicui; purgans duplicatis dosibus in usum vocatur, ecclegmata emollientissima inungere frequenter jubeo; semicupium ordino, quod mater negligit, ignoro, qua ex ratione. 15. Jul. pacatus oculis apertis, at extremitatibus unius lateris sensu & motu arbitrario privatus, os, quasi tetano maxillæ laboraret clausum firmiter. Clysmata adhibeo, purgantia; sub his alia in corporis parte convellitur. Clysmata nervina ex cham.menth.spirit.corn. cerv. extract.hyosc. adplicantur. Venæsectionem urgeo, quam parentes recusant, & Chirurgus facere timet; moritur. Incisio gingivarum hic inanis fuisset, nulla vesicula tenuis adparuit, nec apex dentis sensibilis fuit.

Eidem matri tres jam infantes dentitione tali, sub aliorum Medicorum manibus æque mortui.

* Non expertum fallet dentitio, catarrhalem febrim putabit.

**Plu-

** Plura de morbis infantum ab acido, caſeo, pinguedine rancida, pituita in continuatione ſecunda, de morbis ſaburralibus occurrent.

§. II.


Inflammationes vis illatæ.

Neonatus collum tumidum, veſicam magnam quaſi circum circa formans ſecum ex utero, aut vagina fert; facies tumet æque, omni momento ſuffocandus, & tamen partus fuit naturalis, nec funiculus collo circumvolutus. Clyſmata juſculi ſalſi, cataplaſma emolliens, infuſus frequenter cochleatim ſyrupus cichorei cum rheo, aliquot guttis terr. fol. acuatus, injectiones emollientes nitroſomellitæ, vapor aceti ad nares & os directus, & cruoris e funiculo largior emiſſio, metum inminuunt ſuffocationis; intra 14 dies quoad maximam partem diſparuit, reliquias ſubduras emplaſtrum de cicuta cum melliloto mixtum ſuſtulit.

Collum tumidum neonati, metus ſuffocationis.

* Probabilius obſtetrix vim intulit, dum caput adprehendit &c. aut ſitus capitis non fuit naturalis.

Peri-



Peripnev-monia traumatica.

Peripnevmoniam aurigæ dominalis ab ictu equi ad os pectoris ortam, ſanavit generoſa methodus antiphlogiſtica.

In dolore inflammatorio lateris murarii ab ponderum elevatione orto, oleoſa vitellis ovorum ſubacta, cum ſyrupo diacodii, & lac tepidum affatim hauſtum egregia reperii.

Tympanitis, vel enteritis inflammatorio-ſubpuratorio-gangrænoſa.

Tympanitide inflammatorio-ſuppuratorio-gangrænoſa, ex ſaltu de alto nata, juvenem perire vidi, morbo aliquot ſeptimanis neglecto; toto tempore abdomen continuo dolens fuit, ambulatio nonniſi corpore antrorſum proclivi poſſibilis: dum me accerſiſſent ſymptomata gangrænæ aderant. Abdomen ſectum ultra menſuram puris exhibuit in cavo ſuo, reliqua adjacentia omnia gangrænoſa fuere.

Colicæ hernioſæ æque huc pertinent, prolapſarum, incarceratarum herniarum.

Et *prædiſpoſitiones* phlogiſticæ ex ſitu corporis. Scribis collum, lumbi dolent, tument, hypochondria obſtruuntur. Sutoribus abdomen induratur. Sartores phthyſici fiunt. Ramazzini hæc luculenter, docte docuit.

Item

Item febres vulnerariæ.

Puella 16 annorum, ex fractura offis tibiæ & fibulæ complicata cum vulnere amplo exorbitanter febricitavit, nec venæfectio, nec nitrofa, aliave antiphlogiftica moderabant febrim hanc vulnerariam, corticem adhibui fubpuratione nedum inchoante, & febris moderata, fubpuratio bona evaferunt.

De corticis per. virtute febres vulnerarias moderante.

In vulneribus framea lata ictis, una cum fracturis duplicatis ulnæ & radii, corporis cachochymici feniculi, (ob exfceffus fpirituoforum, aliosque affectus immoderatos, iræ &c. febre quafi phrenitica omni anno periodice affecti) ad febrem vulnerariam magnam & fequelas ejus, præcavendam, Chirurgus præftans militaris corticem peruv. ftatim omni 4ta hora dr. i. puto, ingeffit, & feliciffimo eventu febris moderata, fubpuratio bona fecuta fuit, dum conftitutio vulnerum, fracturarum, humorum pravorum, & ætas peffima præfagiffent.



CAPUT QUARTUM.

De inflammationibus latentibus.

Omnes parvæ topicæ internæ inflammationes huc pertinent: ſcrophulæ ſuppurantes pulmonum, catarrhi, inflammationes phthyſicorum &c. &c.

Scrophuloſæ chronicæ periodicæ inflammationes latentes ſubpuratæ.

Triceſimator, vini amans ſeneſcere incipiens tota æſtate tuſſitat cum levioribus pectoris obpreſſionibus, ſputa ex pituitoſo-puriformia exſcreat cum fruſtillis ex albo flavis, lentis magnitudine; hyeme pleuritis accedit. Venæſectiones & adparatus reliquus antiphlogiſticus pleuritidem ſanant: at expectoratio ſemper talis, ut æſtate, nunquam ſputa copioſa rite cocta. Per vices omni febre caruit, pulmones libere reſpirarunt, at nonnunquam aliquot diebus denuo continuo typo pulſus febrilis, obpreſſio levis, tuſſis major, ſputa tum parum copioſiora, cum febris inminutione, uti æſtate. Levis phlebotomia & emollientia levamen ſemper adtulere. Expectorantia ſtibiata ægre tulit. Tempore apyrexiæ perfectæ febrilis, pilulas antiſcrophuloſas ex cicuta, gummi ammoniaco, ſapone, calomelle exigua doſi exhibui, cum potu emolliente; his reſtitutus fuit.

Ig-

* Igloviæ ad fæminam ductus fum; fuffocationi proximam. Examinando adftantes in caufam referunt; ægram tubercula magna colli aliquot annis geffiffe, hæc difparuiffe, & eam ab hoc tempore femper gravius afthmaticam. Clyfmata ordino plebotomiam, & pilulas easdem, ut in priori cafu, nifi calomel ea dofi, uti venereis, cataplafma circa collum. Decoctum emolliens. Non amplius vocatus, ægram fepultam exiftimavi; quæ mihi tertia aut quarta abhinc feptimana obviat, refpiratione utcunque libera, reconvaluit dein ex integro. Afthma grave fcrophulofum.

Genitor meus optimus catarrho, raucitate correptus, tempore venæfectioni a multis annis facro, autumnali, venæfectione, potu diaphoretico emollienti ftibiato intra aliquot dies convaluit. Catarrhus inflammatorius latens.

Exponit fe denuo frigori & quinta vel fexta abhinc die catarrhi primi curati, obpreffio pectoris, tuffis valida, refpiratio vefperi anxia, difficilis, omnis decubitus impoffibilis, fedendo nifi fpiritum trahere potuit, pulfus intermittens; at nullatenus febrilis, reliqua omnia bona, naturalia adpetitus viguit, fputa tenuia, ferofa; vires vigent.

Emollientia tepida, mixtura nitroso stibiata, linctus ex syrupis emollientibus cum oxymelle expectorationem majorem inchoantem promovent, antequam tussi sputa ejecta fuere, quasi strepitum coctionis in pulmonibus edebant: nihilominus respiratio manet gravis: ad kermetem confugi, sub usu hujus tanta orta expectoratio pituitosorum puriformium, ut ferme imperito metum phthyseos incussisset. Remoto kermete adhuc perduravit. Purgante dein revellente, & decocto lichenis, corticisque per. moderata, curata est. Sputa in universum integro mense ejecta.

* Fefellit me absentia febris, catarrhum simplicem rebar, vena fors aliquoties aperta si fuisset, tanta expectoratio diuturna subsecuta vix fuisset.

Carditis initio latens.

Amicus collega Physicus Scepusii celebris practicus D. Engel casum mihi praelegit dextre & docte consignatum, carditis latentis sub symptomatibus febris saburralis remittentis. Aliquoties haec recruduit, vomitu purulento sanguineo terminata. In universum aegro ultra viginti vascula, seu orbicula, cruoris extracta fuere successive, donec convaluisset.

CA-

CAPUT V.

Inflammationes chronicæ & periodicæ.

Paſſim jam occurebant, uti Phthyſicorum peripnevmoniæ, pleuritides autumnales.


Hæmophthyſis chronica Capellani; v. priora.

Ophthalmiæ chronicæ, periodicæ Cachecticorum.

Varices vetularum inflammatæ, quæ dolentes, rubentes, tumentes, ſuppurantes, ſanguiſugis & balneo coriaceo roborante, atque faſciis levantur, curantur. Diſtinquendæ ab gravidarum varicibus. Varices vetularum & gravidarum.

Iuvenem feminam gravidam vidi, varicibus uno in pede unius digiti craſſitiem æmulantibus, & in labio vulvæ inſtar magnitudinis prunorum propendentibus. Venæſectio, balnea tepida, nitroſa, decubitus in aliud latus has inminuit, partus curavit.

Periodicæ inflammationes ab chronicis non multum differunt, easdem cauſas agnoſcunt,



ſcunt, aut debilitatem & plenitudinem topicam, aut acrimoniam localem, ſeu ſtimulum acrem, ſæpe ob laxam partem illuc depoſitum inflammantem. Explicari rite poſſe has chronicas inflammationes autumo, ex idea varicum vetularum inflammatarum, aut ulcerum pedum, quorum margines continui inflammati ſunt, ſerpentiaque.

Alia quoque diviſio ſupereſt in inflammationes epidemicas, ſporadicas. Catarrhales epidemice ferme ſemper regnant, ad montes plurimum, maxime tempore ventoſo, vix non omni autumno, hyeme, vere. Exemplum recens catarrhus ruſſicus, ſeu ſeptemtrionalis ſuppeditavit.

Inflammationes venenorum præterii. Ad vulnerarios, ſeu traumaticos pertinent ſtimulos.



C A

CAPUT SEXTUM.

De differentia curarum inflammationum.

Cura inflammationum eſt diverſa.

1) *Pro diverſitate corporum affecto-rum, vel medice loquendo, pro diverſitate temperamenti.*

Quivis quidem homo alios humores, temperamentum ſibi proprium habere videtur; at in multis tamen cum ſociis ſuis convenit. Differentiam ponunt, varia hominum matrimonialis permixtio, diverſa educatio, diverſi affectus, aliud vitæ regimen. Clima, ſexus, ætas; & vel ideo ars noſtra conjecturalis eſt, dum ſæpe idem remedium in eodem morbo egregium repertum in alio ſimili fallit.

Rigido ruſtico, aut pleno pluries venam aperies, ac laxo hypochondriaco, leucophlegmatico, aut fæminæ hyſtericæ, infantive debili.

Phthyſico peripnevmonico non dabis ſtibiata multa, aut nitroſa copioſa, nec kermetem multum, nec veſicantia applicabis, bene vero emollientiſſima inviscantia, mucilaginoſa &c.

Diverſa pro anni tempeſtate.

Æſtivales, rheumaticæ phlogoſes non tantas poſtulant phlebotomias, ut plenitudinis, facilius iterum æſtivales curabis, ac hyemales &c.

Diverſa pro natura epidemiæ.

In inflammationibus impermixtis ſolam adhibebis ſtricte ſic dictam methodum antiphlogiſticam. In complicatis ſaburralibus, putridis, æque ſæpe epidemicis, mixtam methodum, poſt antiphlogiſticam, antibilioſam, antiputridam.

In catarrhalibus longe aliam; præmiſſis antiphlogiſticis ac in bilioſa, aut plenitudinis inflammatione.

Diverſa pro ſtimulo inflammante diverſo.

In inflammatione metuenda ab opio, aliis venenis præmiſſo antidoto, ſæpe prius emeticum dabis; at in enteritide formata alia, vitabis.

In

In levi inflammatione rheumatica, sudorifera, alterantia, imo opium, & in gravissima quaque præmissis phlebotomiis vesicantia; quæ in plenitudinis inflammatione fugies.

In inflammationibus venereis topicis mercurium cum emollientibus mixtum adplicabis, e. gr. lac mercuriale, mercurium sublimatum cum gummi arabico; an hæc interne in febre universali siphyliticorum adplicabis?

Salina copiosa æque in inflammationibus venereis vitabis, ne acrimoniam acrimoniæ addas; diarrhæam, mercurium elabi facientem, si prius ingestus fuit, & debilitantem, humores alioquin attenuatos educentem, crees.

Diversa pro viscere adfecto.

In phrenitide purgantia antiphlogistica prosunt; an hæc in peripnevmonia, morbo per sputa judicari solito? In enteritide non dabis acida, aut nitrum copiosum, inflammatione metuenda traumatica capitis: frigida adhibebis, an hæc lateri pleuritico adplicabis?

In ophthalmiis chronicis unguentum ophtalmicum rubrum mercuriale proderit; an juvabit chemosim? &c.

Diversa pro exitu.

In inflammatione subpurante, in gangrænosa, antiseptica, roborantia; quæ in alia initiante, aut resolvi incipiente, aut expectoratione terminari volente profecto fugies.

In hepatitide præmissis præmittendis ad subpurationem præcavendam mercurium adhibent.

Methodus generalis inflammationem curandi est, ea, quæ acrimoniam inflammantem eluit, inviscat, ad colatoria ablegat, vasa irritata sopit; ideo emollientia nitrosa, quæ excretiones urinæ juvant, acida quæ humores expansos densant, vasa extensa constringunt, atque excretiones auget &c., aut ea, quæ stimulum ex sanguine demit, quantitatem inminuit, venæsectione, purgantibus, & sic etiam vasa collabi facit.

Spe-

Specifica esset, si antidotum omni inflammationi medelam adferens possideremus, uti mercurium in lue, corticem peruvianum in intermittentibus, radicem filicis maris in tænia. Sed an in rerum natura existere possit? quæstio est; inflammationibus natura sua diversissimis.

Exitus peculiaris quandoque inflammationum est; in pseudomembranam, si serum phlogisticum spissum transsudet, & membranam piceam glutinosam, adjacentia secum coagulantem, formet; hæc membrana pleuræ, pulmonibus accrescit, aut si in substantiam pulmonum, aut trachæam exsudet, catarrhus suffocans producitur lethalis, plurimum.


Descriptio quædam inflammationis.

Est conditio corporis febrilis continua, quandoque cum exacerbationibus, vel ab stimulo plenitudinis premente, distendente, condensante, excretiones inminuente; vel acri irritante, stimulante, vulnerante; vel humores, vasa, expandente &c. ortus, humores validius, ac in statu sano fit, movens; hi

vasa,



vafa, vafa autem reciproce magis humores: vergens vel in refolutionem, ftimulo per colatoria ablegato; vel in pus, vel gangrænam, vel fcirrhum, cancrum, vel pfeudomembranam; omnia corpora afficiens, quia omnia ftimulorum capacia funt, infantilia, juvenilia, fenilia, omniaque temperamenta.



Pag.	*Lin.*	*Emendanda.*	*Corrige.*
22	26	revellenda	revellendo.
23	3	paralyſi	paralyſin.
--	25	tollere	emendare.
30	2	Matrem	Matri.
31	19	(adde) ob fabricam ſuam teneriorem, & mollis cerebri parvam reſiſtentiam.	
33	4	dejectionem virium plenariam	dejectio virium plenaria.
--	9	aquoſa	dein aquoſa.
34	1-7	NB. ad marginem pertinuiſſent caſus inſequentis.	
35	28	pharmacopeæ	pharmacopolæ.
39	5	pleuperipnevmonia	pleuroperipnevmonia
50	10	explicendo	explicanda.
51	22	catarho	ex catarrho.
53	13	eispaſtico	epispaſtico.
81	1	in marg. theoria	theoriam.
96	1	Judicis L.	Judicis F.
105	22	denis	dentis.
108	23	tangiab	tangi ab.